Cardi. in dict. capit. cum apoſtolica, verſ. quinto quæ-
ro & plures alij relati per Anto. Gabriel. in commu-
ni tit. de præſcriptione concluſione 1. numero* 22. Nam
ſecundum eum *ibi nu.* 18. quando cum immemo-
riali præſcriptione & conſuetudine concurrit
fama

ſibi eas ad tempus vel in perpetuum conceſſit in
ſuo Epiſcopatu,& tunc decimarum fructus,non
quidem ius percipiendi decimas concedere vi-
debitur, ſed vt eas nomine & titulo Eccleſiæ
conſequatur, *vt inquit gloſ. & communis in dict. cap.*
quamuis, quam & alios adhoc, alleg at ipſe Couar.*ibidem,*
dicens ſic frequentiori calculo doctorum ob-
tentum,ſed quæſtio dubia,& inter DD. inuolu-
ta eius deciſio, & nunc hoc, nunc illud, in ea
ſcribentibus attribuendo, eſt, quid ſi non appa-
reat de tali conceſſione, ſed eſt in dubio, laicus
tamen & ſui prædeceſſores Decimas has à tem-
11 pore immemoriali poſſederunt, † præſumetur
nè in dubio eas habuiſſe ante concilium Late-
ranenſe, vel poſt? & in hoc DD. nimis ſe con-
fundunt, nam multi eorum quærunt, quis tene-
bitur probare laicis, fuiſſe ante concilium di-
ctum conceſſas & obtentas,an vero Eccleſia eas
vendicans fuiſſe poſt concilium illud,& in hoc
quaſi omnes concludunt, quòd cum præſump-
tio iuris ſit contra laicum, eo quod eſt incapax
decimarum ipſe tenebitur probare, quòd ante
12 dictum † concilium, Eccleſia vero ſolum tene-
bitur probare quòd ſunt decimæ illius ſui di-
ſtrictus & territorij, neque tenebitur probare
quòd poſt concilium illas habuerit, etiam ſi in
hoc ſe fundauerit, cum ipſa Eccleſia de iure ha-
beat fundatam ſuam intẽtionem, & laicus non,
ſed *vt inquit Imol.in dict.cap.cum apoſtolica,& eo relato*
Balbus. De præſcriptio.1.part.part 5.princip.quæſt.7.nu-
13 *mero 21 in medio,* cautè aget † Eccleſia ſi in libello
reiuendicationis per eam propoſito ſolum dixe-
rit decimas illas eſſe intra ſuam parrochiam &
ei pertinere, neque adiecerit quòd poſt dictum
concilium laicus ille conuentus in iudicio illas
habuerit, ſed vtcumque petat Eccleſia ſemper
laicus etiam ſi rex ſit probet ſuam intentionem,
neque ſe fidat in hac materia in regula illa,quòd
actore non probante reus eſt abſoluendus: pen-
dent tamen leges & prophetæ(*vt dici ſolet*)in exa-
minanda veritate dubij, circa probationem à
14 laico faciendam pro fundanda † ſua intentione
& decimarum poſſeſſione, quæ nam probatio
ſufficiet ad præſumendum, & perſuadendum,
vbi deficit expreſſe conceſſionis inſtrumen-
tum, quòd habuerit decimas ipſe laicus & ſui
prędeceſſores ante diſpoſitionem dicti Concilij
Lateranenſis ſub Alex.3. celebratum Romæ di-
cto anno 1179. vt ſic Eccleſiam excludat à præ-
tenſione ſua: ſufficiet nè probare immemorialẽ
præſcriptionem & poſſeſſionem ſui & ſuorum
15 † retinendi ac percipiendi decimas illas, & in
hoc Hoſtienſ.*in dict.cap.cum apoſtolica,& in dict.cap.*
quamuis, & eum ſequentes Archid. & Ioa. Mon.in cap. 2.
de decim.in 6.tenent non ſufficere vt præſumatur
ante dictum concilium fuiſſe conceſſas,ſed poſt
illud, vt ſic laicus iſte condemnetur, in reſtitu-
tione earum Eccleſiæ actrici facienda, & hanc
etiam ſequuntur, *Ioa.de Ligna,& plerique alij DD.&*
probabilior videtur vt teſtatur additiona. Ioan. And. in
dict.cap.cum apoſtolica in additione fi.vbi & inquit,C. fi.
de præſcrip. in 6. magis facere pro hac Hoſtienſis
opinione,quam contra, & fundatur quinque ra-
tionibus ab ipſo Hoſtienſi & ſequacibus. Prima
quia ipſa Eccleſia fundat ſuam intentionem de
iure communi, & ſic obtinebit niſi alius probet
titulum, *ex dict. ca.1. de præſcriptio. in* 6. laici enim
incapaces ſunt præſcribendi Decimas, *ca.cauſam*
qua de præſcriptio.vt vltra dictos per Mincha. contro. illu-
ſtri, cap.89. numer.7. in pri. & Menochi.de præſumptio,
lib.6.præſumptione 86. numero 1.2.& 3. & Aimon. conſ.
874. *volumine 5.& dixi in l.1.tit.5.num. 2. & 3. lib.1.*
ſuprà, & rationem eſſe inquit Mincha. *vbi ſuprà,*
quia licet tempus immemoriale præbeat titu-
lum,id eſt verum,niſi vbi lex vetat & prohibet,
† & datur incapacitas in præſcribente, & ſic iu- 16
ris præſumptio eſt in contrarium *ex ca.ad decimas*
de reſtit. ſpol. in 6. ſecunda Hoſtienſ. ratio eſt,quia
vertitur periculum animæ & ideo ſequendum
eſt,quod eſt tutius *ca.iuuenis de ſponſal.cum ſuis concor.*
tertia quia poſſeſſio talis eſt odioſa cum regula-
riter non cadat in laicum, *ex dict.ca. cauſam qua de*
præſcriptio, quarta quia de facili reuertitur res ad
id,quod ius & natura ſibi ab initio conceſſit,*ff.de*
pact.l.ſi vnus §.pactus,verſ.quòd ſi & in cap. cum venera-
bilis poſt medium de cenſibus, quinta quia ſumma eſt
ratio quæ pro religione facit,*ff. de religioſ.& ſump.*
fun. l. ſunt perſonæ: in contrarium tamen, & pro
contraria opinione omnes DD. tam antiqui
quam moderni allegant Ioan. And. *in dict. c. cum*
apoſtolica, imo quòd ſufficiat immemorialis præ-
ſcriptio vt præſumatur titulus & habitus qui-
dem ante dictum concilium † Lateranenſe,*vt eſt* 17
videre per Menochi. plures allegantem in dict. præſumptio-
ne 86. numero 2. & per Iaſon. conſ. 156. volumine 2. &
Gutierrez in dict. lib. 1. pract. quæſt. 16. numero 2 verſ.
his tamen, vbi plures allegat è noſtris Hiſpanis & allegat
Gregor. Lup. hanc dicentem magis communem, & plu-
res ex ibi relatis dicunt hanc communem opi-
nionem, & ſequitur etiam *Petr. Gregor. in Syn-*
tagm. iur. lib. 17. cap. 7. numero vigeſimo-tertio & vi-
geſimo-quarto, & Mincha. controu. illuſtri. capit. 9. nu-
mero ſeptimo verſ. præterea prohibitio, & fundant eam
quia non eſt credendum Eccleſiam per tantum
tempus tacuiſſe ſi licitè tales laici decimas non
poſſiderent,& quia *vt inquit Ancharra. in cap. ſta-*
tuto columna penultima, in pri. poſtquam non ap-
paret alium vllo vnquam tempore poſſediſſe ſa-
tis præſumitur, quòd qui modo poſſidet,ſemper
poſſederit & quia *vt inquit additio capellæ Toloſa-*
na 439. Eccleſia hic non infeudat de nouo
in laicos decimas has, ſed iam infeudatas lai-
cus defendit, item hic non tractamus de præ-
ſcribendis decimis, ſed de declarando quòd per
tantum tempus immemoriale titulus earum
præſumitur,& quòd ante dictum concilium La-
teranenſe erant infeudatæ prædeceſſoribus hu-
ius laici, nunc eas tenentis, & quòd ſic ceſ-
ſant contraria ab Hoſtienſe allegata & quia *vt*
inquit Domin. in cap. 2. de decim. in 6. ſi decimæ
à manibus laici ſine ſcandalo non poſſunt au-
ferri dimittendæ ſunt, † & quòd alias eſſet 18
multas animas damnare dicendo, quod laicus
qui habuit feudum iam ſunt tot anni teneatur
oſtendere conceſſionem, & hac de cauſa inquit
Ioan. Garcia, *in tracta. de expenſ. cap. 9. numero no-*
nageſimo-quarto, cum ſequentibus, quod anno 1590.
apud Ioa.huius nominis primum Henrici item
primi qui Petrum Regem interfecit,filium,cum
eſſet Guadalajaræ, Epiſcopi conqueſti ſunt † de 19
nobilibus, quòd contra humana, & diuina iu-
ra decimas percepiſſent, quæ ſibi & ſacerdoti-
bus deberentur,qui ſpiritualia miniſtrarent,au-
ditique ſunt nobiles qui aſſerebant ſe decimas
illas

TITVLO XXI. DE LAS TERCIAS DEL REY.

CVm* in ſuperioribus titulis dictum ſit de Gabellis & redditibus Regijs, nunc & proſequendo hanc materiam ſequitur titulus hic de tertijs Regi competentibus & in eius incorporatis patrimonio.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Rex in ſuo regno & Dominio fundatam habet intentionem in tertijs decimarum percipiendis cōtra quoſcumque, ſiue ſeculares ſiue Eccleſiaſticos, qui titulum legitimum in contrarium non demonſtrauerint, & tertiæ hæ ſunt duo noueni omnium rerum decimalium.

SVMMARIA.

1 *Rex ſuper tertijs decimarum percipiendis fundatam habet ſuam intentionem, numero 1.*

2 *Rex poteſt has tertias in alios transferre etiam per viam contractus tanquam res in ſuo patrimonio incorporatas, numero 2.*

3 *Decimas ſibi conceſſas an poſſit laicus licitè ſibi retinere, numero 3. & 8.*

4 *Decimas percipiendi ius ſpirituale eſt, neque laicis poteſt regulariter competere, numero 4. etiam ante Concilium Lateranenſe, niſi ex Papæ conceſſione, vt numero 5. 6. & 7.*

5 *Laici ante Concilium Lateranenſe capaces erant iuris percipiendi decimas, poſt illud verò non, numero 9. & ſic ſi titulus authenticus exhibeatur habitus ante dictum Cōcilium Lateranenſe licite retinentur, vt numero 10. & numero 11. cum ſequent. aliquibus, quòd ſi non apparet, ſed de tempora immemoriali an ſufficiet.*

6 *Probare quis tenebitur fuiſſe ante dictum Concilium Lateranenſe, vel poſt decimas conceſſas, numero 12. deciditur & num. 13. cautela pro Eccleſia ponitur.*

7 *Probatio quæ ſufficiet ex parte laici decimas percipientis pro fundamento ſuæ intentionis, numero 14. & numero 15. an ſufficiet probare immemorialem poſſeſſionem percipiendi illas & numero 17. in contrarium arguitur & numero 20 proſequitur veritas & numero 21. & 22.*

8 *Immemoriale tempus præſtat titulum, niſi detur incapacitas in præſcribente, numero 16.*

9 *Decima ſi à manibus laici ſine ſcandalo auferri non poſſunt dimittendæ ei ſunt, numero 18.*

10 *Epiſcopi quando conqueſti fuerunt de nobilibus decimas percipientibus quid fuit factum, numero 19.*

11 *Quando non conſtat de recognitione Eccleſiæ præſumitur laicum decimas vſurpaſſe, numero 22. ſed vt numero 21. ſufficiet per libellum hanc recognitionem facere & melius, numero 23.*

12 *Fama publica probatio requiritur etiam in hac probatione de decimis per laicum percipiendis facienda, numero 24. & numero 28 proſequitur, & num. 29. conſilium authoris.*

13 *Fama priuilegij cum concurrit cum immemoriali præſcriptione & conſuetudine, tunc etiam incapax præſcribendi poteſt ſe fundare in tali præſcriptione, & ſic fama talis alleganda & probanda eſt, vt faciat laicum capacem allegandi talem præſcriptionem quæ licet non det titulum dat tamen capacitatem, numero 25. 26. & 27.*

14 *Probare non eſt neceſſe, quòd fuerit laicus decimas percipiens infeudatus ante Concilium Lateranenſe, numero 30.*

15 *Conſilium authoris circa probationem faciendam in perceptione harum decimarum per laicos, num. 31.*

16 *Laicus poſſidens decimas ex iure ac priuilegio ſummi Pontificis conceſſo ante ſiue poſt Concilium Lateranenſe tutus eſt & rectè poſſidet ſi de priuilegio conſtet, concedereque Papam tunc videtur ius temporale percipiendi decimas non vero ſpiritnale, n. 32.*

17 *Laicus poſſidens decimas ex immemoriali tempore ſe & ſuos illas habuiſſe ex conceſſione, & priuilegio ſummi Pontificis tutus erit præſertim probata publica conceſſionis fama, n. 33. vbi cōſilium authoris.*

18 *Laicus decimas poſſidēs ſi ſolum ſe fundat in præſcriptione & poſſeſſione ſui & ſuorum nihil facit, nu. 34.*

19 *Laicus poſſidens decimas ex conceſſione Epiſcopi alicuius in ſuo Epiſcopatu per viā infeudationis ante Concilium Lateranenſe conceſſa in perpetuum docendo de huiuſmodi titulo iuſte poſſidet, num. 35.*

20 *Laicus decimas poſſidens & non potens docere de conceſſione quid debeat allegare, & quid probare vt obtinere poſſit, n. 36. & n. 37. conſilium authoris, & nu. 38. aliud conſilium pro tutandis conſcientijs, & n. 39. aliud ſingulare ad hoc conſilium.*

21 *Laicus iuſtus poſſeſſor harum decimarum an poſſit eas in alium laicum transferre, numero 40.*

22 *Decima à laico poſſeſſa poſſunt per alium laicum contra Regē per tēpus immemoriale, & cōtra inferiores à Rege minori tempore præſcribi, num. 41. & 45.*

23 *Iudex ſecularis poterit in iſce litibus decimalibus cōtra laicos eorum poſſeſſores procedere, n. 42 vbi quid ſi dentur in emphiteuſim, vel feudū ante dictū Conciliū Lateranenſe, & ibi ponitur cōcordia ſuper hoc.*

24 *Laico decimas poſſidenti ac ſpoliato an competat remedium reſtitutorium, numero 43.*

25 *Laicus harum decimarum Dominus cur ſubſidium præſtat ex eis, numero 44.*

IBi, SON NVESTRAS, & ſic vt ſuas poſſidet Rex & in eis habet fundatā ſuam intentionem,† *vt apparet ex lege noſtra & eam ad hoc vltra alios allegat Auendaño c. 4. prat. n. 2. in pri. lib. 2. & iterum in v. ſi. in ſi. & Laſarte de decim. vend. cap. 19. n. 29.* 1

cum

Salno, ſed primæ noſtri text. diſpoſitioni, ſicut ipſe verſ. *Salno*, reſpicit & quia ſic colligitur ex repetitiua illa ſequent. *Y anſi miſmo*, latinè item, quæ repetit ſimilia, *ex l. in repetendis de leg.* 3. & cum in ciuitate *de Valladolid, y Madrid*, diſponat verſu, *Y anſi miſmo*, eſſe ſeruandam immunitatem eandem, quæ ſeruatur ferijs deſcriptis, *en lo ſaluado*, idem diſpoſuiſſe cenſendum eſt, in ver. *pero eſto*, aliter enim, dictio illa, *y anſi miſmo*, non repeteret ſimilia, & eſſet male appoſita, quòd dicendum non eſt, & ſic lex noſtra, à primis verbis, vſque ad verſiculum, *ſaluo*, ponit regulam generalem contra ementes & vendentes in ferijs & mercatis franchis, ex priuilegio, vel ex mandato dominorum populorum vbi tales feriæ & mercata franca fiunt, à verſ. vero, *Saluo*, ponuntur tres fallentiæ dictæ regulæ, ſcilicet, vt regula non procedat in ferijs & mercatis franchis in libro *de lo ſaluado*, inſcriptis, neque in *feria de Medina del Campo*, neque itidem in ferijs *de Valladolid, y Madrid*, & ſic remanet lex noſtra optimè intellecta & declarata.

LEX QVINTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Nullus mercata & ferias liberas & franchas faciat ſub noſtri text. pœnis, & venditores vel emptores euntes ad eas incurrunt etiam noſtri text. pœnas.

SVMMARIA.

1 *Lex noſtra à principio vſque ad verſiculum otro ſi, excluſiue loquitur, numero 1.*

2 *Lex 1. ſuprà eod. corrigitur per noſtram quo ad pœnam amiſſionis bonorum, numero 2.*

3 *Verba noſtri text. a comprar, y a vender, cum effectu ſunt intelligenda, numero 3.*

IBi, PORENDE MANDAMOS, Lex hæc à principio vſque ad verſ. *Otro ſi que perſonas*,
1 excluſiue † loquitur & tractat de facientibus has ferias & mercata francha, de quibus locuta eſt *l. 1. in prin. vſque ad verſiculum, Y qualeſquier*, & de quibus etiam loquitur, *l. 3. ſuprà, iſto tit.* & in effectu, *contra tales perſonas*, eaſdem pœnas iſtæ tres leges imponunt, licet noſtra aliud magis addat, vt ex ipſa patet.

Ibi, *Otro ſi que perſonas algunas*, ab ijs verbis vſque ad finem tractat lex noſtra contra euntes ad *tales ferias*, ſiue ad vendendum ſiue ad emendum mercantias, & auget pœnas, *l. 4. præcedentis*, & corrigit pœnam, *l. 1. ver. Y qualeſquier, ſuprà eodem*, quæ pœnam amiſſionis imponebat eis, & ſic ſolum vltra Gabellæ ſolutionem, à talibus perſonis faciendam in loco vbi ſunt vicini, de quo *in d. l. 4. ſuprà eod.* incurrent etiam pœnam noſtri text. *in hoc verſ. otro ſi*, deſignatam, non vero amittent bona, vt dicebat *d. l. 1. ſuprà eodem*, quæ in hoc
2 remanet † correcta, *pro vt ibi:* & in alijs legibus huius tituli dictum remanet, nam circa has perſonas euntes ad vendendum vel emendum ad tales ferias & mercata lex noſtra non diſponit has pœnas eſſe vltra alias appoſitas *in d. l. 1. & 2. ſupra eod.* & ſic noſtra lex & 4. præcedens & non illa eſt ſeruanda, vt in marginali ſubſcriptione eiuſdem *l. 2.* dicitur, quòd noſtra & 4. præcedens ſunt ſeruandæ tanquam nouiores.

Ibi, *A vender ni a comprar*, & ſic non ſufficit ire, niſi eant ad emendum vel vendendum, imo & non ſufficit ire ad emendum, vel vendendum, niſi cum effectu vendant vel emant, † tum quia 3
ex *l. 4.* præcedente diſponitur quòd ſoluant Gabellam in loco vbi morantur, & ſunt vicini, ergo ſi Gabella ſoluenda eſt, omnino eſt ſciendum quanta & quæ ſit Gabella, hæc autem verificari non poteſt, niſi ex venditione, ergo venditio requiritur ad incurrendas pœnas noſtræ legis & præcedentis: tum etiam quia lex noſtra empta in ferijs & mercatis ijs frãchis amiſſa eſſe diſponit, ergo factum requirit, non vero ſufficiet ſola voluntas emendi vel vendendi in eis, eò quod cogitationis pœnam nemo meretur neque animus delinquendi punitur niſi ad factum procedatur, iam enim de conſuetudine non ſeruatur diſpoſitio *legis, is qui cum telo, C. ad leg. Cor. de ſicar.* tum etiam quia id eſt de iure *vt diximus in propoſitum ſimilis materia in l. 16. numero 1. 2. & 3. tit. 11. lib. 5. ſuprà.*

De lege 6. vide *l. 39. tit. 18. ſuprà iſto lib.*

De lege 7. finali, ſolum aduertendum iudico, quæ nam pœna ſit frangentis ſecuritatem & ſaluam guardiam Regiam præſtitam euntibus ad ferias Metinæ & Valliſoleti, & aliarum partium, & pœnam hanc videbis impoſitam *per l. 1. in prin. & ibi Bart. ff. ad leg. Iul. mai. & l. fi. tit. 16. par. 2. & l. 1. col. pen. tit. 2. part. 7. vbi gloſ. aſſegura, eas allegat & dixi in l. 2. t. 9. lib. 8. ſuprà.*

De lege 8. vide *l. 4. tit. 7. p. 5. & vide quæ dixi in l. fi. tit. 9. lib. 8.*

LEX IX. TIT. XX.

SVMMARIA.

1 *De ferijs & ſolutionibus in eis faciendis plura traduntur, numero 1.*

1 LEx hæc tractat de ferijs, & ſolutionibus in eis faciendis temporibus, & in loco hic conſtituti, & cum hac lege finiuntur leges in ijs quaternis duobus inſertæ, & additæ noſtræ Recopilationis legibus, titulis & libris ordinatis, prout ex eis viſum eſt.

SVMMARIA.

1 *Declaratur verſiculus,* Pero no ſe entienda, *n. 1.*

IBi, Ordenamos y mandamos. Vt vides ex inſcriptione marginali noſtri text. lex noſtra non, ſed leges 4. & 5. ſunt ſeruandæ & attendendæ tanquam nouiores.

Ibi, *Pero no ſe entienda ſaluo,* Obſcura videbantur hæc verba, ſed redduntur clara, ex verſ. ſequente, *mas no ay lugar,* ſcilicet, quòd verſ. hic, *pero no ſe*
1 *entiende ſaluo,* † loquitur & procedit cum Domini in villis & populis ſuis ferias & mercata facientes cum franchiſia Gabellæ eas faciunt, tunc enim pœna noſtri text. incurritur, & in hoc caſu intelligitur, *l. 3. titulo 7. part. quinta,* vt ibi optimè aduertit gloſ. *O mercados,* verſiculus vero ille, *mas no ſe entienda,* loquitur in mercatis & ferijs vbi Domini villarum & locorum franchiſiam non publicant, neque faciunt, licet conductores Gabellarum talium villarum & locorum hominibus ibidem concurrentibus, & iam cum mercantijs ſuis ad vendendum eas exiſtentibus paratis, gratiam aliquam faciunt, tunc enim pœna noſtri text. & ſequentium legum locum non habent, quia non publicata fuit franchiſiâ, & poſtquam Domini mercium ibi extabant cum ſuis mercibus ſponte ſua conductor, qui poſſet integram Gabellam percipere, noluit, ſed potius gratiam aliquam venditoribus fecit, id enim licitum eſt, & in hoc caſu non procedit *dict. l. 3. tit. 7. p. 5. vt ibi aduertit gl.* neque procedunt *leges 4. & 5.* ſequentes, quæ in mercatis & ferijs franchis & liberis à Gabella loquuntur, cum loca illa non eſſent de contentis in libro, *De lo ſaluado,* & in hoc lex noſtra per illas non eſt correcta, ſed potius confirmata, & ita leges illæ per noſtram & per dicta declaranda ſunt, qua de cauſa cum cauti mercatores accedunt ad ferias & mercata cauſa vendendi ſuas mercantias, ſolent authenticum teſtimonium adferre continens quòd in illa feria & mercato nulla franchiſia erat publicata, ſed integra Gabella percipiebatur & percipi poterat per conductores eius, & quod ſic ab eis percepit & eodem etiã intelliges modo *l. 17. t. 17. ſup. iſto lib.* vbi diximus hæc & alia.

Lex tertia ſequens itidem per legem illam 5. iſtius noſtri tituli ceſſat cum ibi idem quòd in noſtra ſit declaratum, & determinatum.

IN LEGE QVARTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Euntes ad emendum vel vendendum ad ferias & mercata francha vel in quibus gratià aliqua fiat ex Regis priuilegio, vel ex mandato dominorum talium locorum, vbi hæc fiunt, tenentur ſoluere Gabellam bonorum ibidem venditorum in locis vbi ſunt vicini, etiam ſi in ipſis ferijs, & mercatis franchis vel vbi aliqua gratia fit eam ſoluerint, & hoc niſi mercata illa & feriæ francha ſint in libris de lo ſaluado cõſtituta & inſcripta.

IBi, Mandamos, Lex hæc reſpicit materiam *l. 1. & 2. ſuprà iſto titulo* quæ in ijs terminis diſponebant, & vt apparet ex ſubſcriptione marginali *d. l. 2.* hæc noſtra eſt nouior & conſequenter noſtra & non illæ ſunt ſeruandæ, ita vt pœna legis noſtræ circa tales venditores & emptores ſeruanda ſit, non vero pœnæ, *d. l. 1.* quæ in hoc rigoroſè procedebat, vt & in legibus præcedentibus remanet dictum.

Ibi, *Francos y franque adas,* Ita vt ſi non ſint francha non habeat locum legis noſtræ diſpoſitio vt & *in dict. l. 1. ſupra eodem* diximus.

Ibi, *O que ſe haga en ellos alguna gracia y quita.* Intellige hæc verba quoties gratia illa & remiſſio publicata eſt & omnibus indifferenter ſit ibidem euntibus cum ſuis mercantijs, vt colligitur ex verbis ſequentibus, ibi, *aſſi por ſer las dichas franquezas por priuilegios reales como por ſer hechas por los ſeñores de las tales villas y lugares,* & ſic franquiſia generalis omnibus facta eſt, ſecus vero ſi non ita eſſet, ſed quòd vendentibus in ijs ferijs & mercatis per conductores Gabellarum fieret aliqua gratia & remiſſio Gabellæ, tũc enim nõ erit locus diſpoſitioni noſtri text. & ſimilium, *vt ex dict. l. ſecunda ſuprà eodem probatur in verſ. mas no ay lugar,* & ibi diximus, & in hoc lex illa 2. non cenſeatur correcta per noſtram cum de hoc caſu lex noſtra non loquatur neque vllo modo meminerit, vt ibi diximus.

Ibi, *Sean tenudos de pagar la dicha alcauala,* & inſuper incurrent pœnas in lege ſequente appoſitas, in verſ. *otro ſi que perſonas algunas.*

Ibi, *Saluo ſi fueren las tales franquezas.* Hæc eſt limitatio præcedentium diſpoſitionum noſtræ legis, vt ſcilicet, non habeant locum quoties feriæ illæ, & mercata ſunt de inſcriptis in libris *de lo ſaluado,* nam tunc ibidem ementes & vendentes nullam incurrent pœnam, debent tamen tales venditores & emptores afferre teſtimonium Authenticum qualiter in illis ferijs & mercatis vendiderunt vel emerunt, *vt apparet ex l. 17. tit. 17. ſuprà eodem lib.* vbi diximus *in gloſ. fin.*

Ibi, *Pero eſto no ſe entienda en las ferias de Medina de el Campo.* Videtur verſiculũ iſtũ aduerſari præcedẽtibus, nã dictio illa, *Pero, latine,* ſed eſt aduerſatiua, & ſic videbatur feriam Metinæ includi in prima diſpoſitione noſtri text. & aduerſari verſ. proximè præcedenti, *ſaluo ſi fueren tales,* & reuera verba hæc, *pero eſto no ſe entienda,* incautè fuerunt appoſita poſt verſiculũ, *ſaluo,* ſed ante eũ deberẽt apponi, quia feria Metinæ eſt de ſaluatis, *vt apparet ex l. 1. ſup. eod. & ex verbis ſequentibus, Y anſi miſmo ſe guarde,* in quibus ciuitas Pinciana & Matricij eximũtur à prima diſpoſitione noſtræ legis, ſed quia nõ eſt dicendũ iuriſcõſultos incautè locutos, dicendũ eſt quòd cũ verſiculus ille, *Saluo,* generaliter excluſerit plures ferias & mercata, quę in libris, *de lo ſaluado,* ſunt appoſita, voluit intẽtionem habendo ad priorem noſtri text. diſpoſitionem vt prima hæc eius diſpoſitio ſimiliter non procederet in feria Metinę, & ſic verſiculus hic, *Pero,* non aduerſatur præcedenti verſiculo,

Saluo,

tempore procedit, antequàm mercantiæ extrahantur, ideo ego huic difficultati ſatisfactum credo, ſi conſideres quod hæc lex noſtra non neceſſitat Gabellarium id facere, ſed in ſua voluntate relinquit, quòd ſi voluerit poterit id facere intra illos tres dies *dicta l. 31.* vel eis elapſis ante quam merces extrahantur ab illo loco, licet cum diſtinctione, nam ſi intra illos tres dies id petierit Gabellarius, & emptor declarauerit non tenebitur vlterius denunciare Gabellario emptionẽ, *vt d. l. 31.* iubebat, & liber erit ab eius pœna, ſed ſi ijs tribus diebus elapſis id perquiſierit tenebitur emptor id declarare, & inſuper poterit Gabellarius ab eo exigere Gabellã & pœnam, ex diſpoſitione *dict. l. 31.* & conſequẽter lex noſtra prouidendo in fauorem Gabellariorum, vlterius proceſſit & amplius quam *in d. l. 31.* ita vt de vtroque remedio Gabellarius vti poſſet, neq; per legẽ noſtram excludatur remedium *d. l. 31.* neq; per eam noſtra, & ſic ceſſat difficultas.

TITVLO XX. DE LAS FERIAS Y MERCADOS.

CVm in titulo præcedenti dictum ſit de diligentijs faciendis à Gabellarijs pro recuperatione Gabellarum eis debitarum, haſque diligentias tenentur etiam facere contra vendentes & ementes in ferijs & mercatis franchis ideo ſubſequitur titulus hic poſt præcedentem in quorum declarationem parum immorabimur.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Franchæ feriæ & mercata non fiant in regnis & dominijs Regis, & nullus ad ea accedat ſub noſtri text. pœnis, niſi tales feriæ & mercata ſint ex priuilegio Regio in libro de lo ſaluado appoſita & conceſſa, vt ſunt Metinæ & in ſimilibus.

SVMMARIA.

1 *Mercata in ſuis populis conſtituere poſſunt dum tamen non faciant ea franca & libera. numero 1. & ibi an vnus populus poſſit alium circa hoc impedire.*
2 *Commercia ſunt de iure gentium, numero 2.*
3 *Mercata & feriæ neceſſaria ſunt vt ibidem commercia fiant & contractus celebrentur, numero 3.*
4 *Ciuitas indiget pluribus ruſticis & alijs conductoribus & alijs miniſtrantibus inuehentibus & euehentibus, ſingula. numero 4.*

IBi, Ferias francas y mercados francos no ſean ni ſe hagan. Pondera dictiones illas. *Francas y francos*, vt intelligas non eſſe prohibitum, mercata Domi-
1 nos in ſuis populis † conſtituere poſſe, dum tamen, ea franca non efficiant, *vt inquit Gregor. Lop. in l. 3. titu. 7. par. 5. gloſ. Mercados, & gloſ. Por ſu priuilegio, quam ſequitur Geronda de Gabel. 7. par. §. 2. num. 18. & 19. & Antoni. Theſau. in deciſio. Delphi. 264. num. 4. & numero 5.* an poſſit vnus populus alium circa hoc impedire, & rationem aſſignant, quia commer-
2 cia ſunt † de iure gentium *lex hoc iure ff. de iuſt. & iur.* & ideo lex noſtra adiungit verbo, *Ferias*, & verbo, *Mercados*, illa alia verba, *Francas, y francos*, Vt hæc & alia non ſit cenſendum prohibuiſſe.

Ibi, *De Medina, y las otras ferias*, Quarum plures referuntur *in tit. 18. ſuprà eod.* & feriæ hæ & mercata neceſſaria ſunt vt ibidem commercia
† exerceantur, & contractus celebrentur à iure 3
gentium inuenta *ex d. l. lex hoc iure ff. de iuſt. & iur.* quibus quidẽ homines inter ſe cõuerſantur, cognoſcũtur, cõtrahunt, permutãt, & vendunt ad generis humani cõſeruationẽ, ad regũ & principum redditus augendos & mercatores ſeſe ditandum *vt dicitur in prin. titu. 7. part. 5.* quæ niſi fierent faciliter commercia tractus & contractus deficerent, & paulatim mundi reſpublica deſtrueretur, & conſumeretur, ex quo dicebat Plato apud Græcos ſummæ prudentiæ & authoritatis exiſtimatus, *lib. 2. relatus & laudatus per iuris conſ. in l. 2. ff. de nundinis*, quòd indiget ciuitas pluri-
bus † ruſticis, & alijs conductoribus, & alijs mi- 4
niſtrantibus inuehentibus, & euehentibus ſingula: hi autem ſunt negotiatores, & horum vt vides cotidie in ferijs & mercatis reperies plurimos, quibus indigentia ciuitatis repletur.

Ibi, *Y de mas que pierdan todos ſus bienes muebles y rayzes*, Alteratur pœna hæc amiſſionis bonorum *ex l. 5. infrà eod.* & ſolum imponetur ijs qui ad mercata & *Ferias francas*. Vadunt cum ſuis mercantijs, pœna in illa *lege* 5. declarata, & hoc niſi feriæ & mercata franca ſint de ſcriptis in libris *De lo ſaluado. Vt in l. 4. infrà eod.* continetur & eodem modo *lex 2.* ſequens per eaſdem leges 4. & 5. alteratur *vt in ſubſcriptione marginali. d. l. 2. videbis ſcriptum.*

LEX SECVNDA.

SVMMARIVM LEGIS.

Vendentes & ementes in ferijs & mercatis franchis in locis vbi Domini eorum franchiſiam publicari faciunt, punientur noſtri text. pœnis, quod ſecus eſt, ſi franchiſia non publicata exiſtentibus venditoribus in ferijs & mercatis illis, conductores Gabellarum eis aliquam gratiam fecerint, nam tunc ex lege noſtra nullam incurrent pœnam.

SVM-

16 dubitationis cauſa tollendæ † apponuntur ius
non lædunt, *l. qui mutuam, ff. mand. l. quæ dubitationis,*
ff. de regu. iur. & quæ ſuperabundant non ſolent
vitiare ſcripturas, *l. teſtamenta. C. de teſtam. l. non ſo-*
lent ff. de reg. iur. & puto, Ædiles (vt ait iuriſcon-
ſultus,) tollendæ dubitationis gratia bis idem di-
xiſſe, ne qua dubitatio ſupereſſet *in l. 1. §. ſcien-*
dum. ff. de ædil. edict. ſed an emptor non reuelans
teneatur in conſcientia vide Nauar. *de reſtitu.*
lib. 3. capit. 1. numero 263. cum ſequentibus.

Ibi, *So pena de pagar la dicha alcauala con la dicha pena.* Intellige hoc niſi in caſibus ſuprà *in 1. glo.* deſignatis in quibus excuſatur à pœna vt ibi diximus, & non quod ſecundum communem aſſertam, per Michaëlem Salon, *de iuſ. & iure 4. 187. pag. 442. ver. ſed quia occultè contrahens non excuſatur à ſolutione Gabellæ, licet pœnam ſoluat.*

LEX TRIGESIMA-SECVNDA.

SVMMARIVM LEGIS.

Emptor tenetur in caſibus hic expreſſis retinere Gabellam apud ſe.

SVMMARIA.

1 *Venditor & emptor ſi ſunt eiuſdem loci non tenetur emptor apud ſe retinere Gabellam, numero 1. niſi in caſibus à iure expreſſis, vt numer. 2. & num. 3. quid in emente à clerico debente Gabellam ex venditione, & numero 4. idem quoad manifeſtandam venditionem, 7. & n. 8. limitatur quoad l. noſtram.*

2 *Gabella ex vino, vel aceto, vel de aquatice aut mulſo an debeatur, numero 5. & 6.*

3 *Gabella debetur ex carnibus & piſcibus, numero 7.*

IBi, NO FVERE DEL LVGAR DO SE HAZE
LA VENTA. Ergo à contrario ſenſu ſi ven-
ditor & emptor ſunt eiuſdem loci non tene-
tur emptor regulariter apud ſe retinere Ga-
1 bellam, † & eodem modo à cõtrario ſenſu idem
probatur *ex l. 6. ſuprà iſto tit. 19.* niſi in caſibus à iu-
2 re expreſſis, † quorum caſuum vnus eſt *in l. 8. ti-*
tu. 17. ſuprà iſto lib. alius eſt *in dict. l. 6. ſuprà iſto tit. 19.*
ſcilicet, cum quis emit ab homine potente, do-
mina, aut virgine, vel ab officiali Regis in eo-
dem loco viuentium. Ex quo inquit Villalobos
in Ærario commu. opi. litera E. numero 3. fallentia. 4.
quod emens aliquid à clerico debente Gabellas
ex tali venditione tenetur apud ſe retinere Ga-
3 bellam † ad inſtar illius, qui emit ab extraneo, &
pro hac allegat. *l. 100. quaterni Gabellarum, quæ appo-*
nitur in dict. l. 8 titu. 17. ſuprà eodem, quæ mihi ad hoc
concludens non videtur, cum ibi ſpeciali in ca-
ſu loquatur, ſed potius *ex dict. l. 6. ſuprà iſto titu. 19.*
& ex noſtra probari poſſet, ſumendo clericum
pro homine potẽte, & ſic *por hombre poderoſo,* cum
difficulter conueniatur, & niſi ſub hac dictione
eum comprehendas nullibi video probari illam
doctrinam dicti Villalobos.

Ibi, *Por no hazer ſaber las compras,* ſub ijs verbis
relatis ad omnia proximè dicta videtur deduci
etiam poſſe, quòd ſi venditor & emptor ſunt
eiuſdem loci vbi Gabella debetur & res ex qua
debetur venditur, quòd non tenetur venditor
denuntiare Gabellario venditionem † neque 4
incurret pœnam ſi non denuntiauerit, ſicut ne-
que incurrit ſi non retinuerit Gabellam in hoc
caſu, *vt dictum eſt, & videtur, colligi ex capitul 14. de los*
apuntamientos de las alcaualas.

Ibi, *Saluo del vino,* vt ſuprà *l. 8. titulo 17. & l. 16. ſu-*
prà iſto titulo, & libro, & capit. 32. de los apuntamientos de
las alcaualas, & ſic habes hic & in dictis legibus
quòd de vino, debetur Gabella, † quantum- 5
cuoque cor hominis, lætificet, ſed an de aceto,
vel de aquatico vel mulſo † debebitur vide Gi- 6
rondam, *de Gabel. 8. part. numero 11. cum ſequentibus*
aliquibus, & Salazar, *de vſu & conſuetudine cap. 4. nu-*
mero 53.

Ibi, *Carne y peſcado,* vt in *l. 6. ſuprà iſto titu. & lib.*
& ſic eſt hic text. quòd de carnibus & piſcibus
debetur Gabella † *vt per Gironda, vbi ſuprà, num. 27.* 7
ad hoc allegando legem noſtram & diximus in l. 15. tit. 17.
ſuprà iſto lib. & propoſitum noſtræ legis quo ad
retentionem Gabellæ per venditorem † facien- 8
dam de qua lex noſtra loquitur requiritur quod
hæc mercantiæ vini carnis & piſcariæ minuta-
tim vendantur, quaſi ſecus ſi non minutatim.

Ibi, *Se contiene* Quæ eſt *lex 8. ti. 17. ſuprà hoc lib. & l. 6. & 16. iſtius tituli 19.* & de lege noſtra meminit Laſarte *de decim. vend. c. 15. numero 8.*

LEX TRIGESIMA-TERTIA.

SVMMARIA.

1 *Perplexitas & contrarietas legis noſtræ ad l. 31. iſtius tituli conſideratur in numero 1.*

DE lege 33. vide etiam *ca. 27. De los nueuos*
apuntamientos de las alcaualas, quod quidem
capitulum à noſtra lege fuit extractum,
ſed reddet prima facie lex hæc in ſua
diſpoſitione quemlibet perplexum cum eam
1 contrariari videatur *legi. 31. iſtiuſmet † tituli,* vbi
diſponitur quod facto præconio, de quo ibi emp-
tor tenetur denuntiare Gabellario venditio-
nem rerum, quas ipſe emit intra tres dies poſt
emptionem alias ſoluet Gabellam & pœnam
ibi aſſinatam, in noſtra autem lege dicitur quòd
ad Gabellarij petitionem tenetur emptor de-
clarare à quo merces & mercantias emit, ſed ſi
ex dicta *lege. 31.* emptor tenetur id denuntiare,
quomodo lex noſtra Gabellario imponere vi-
detur onus id inquirendi ab emptore, cum ipſe
emptor ad id teneatur, neque eſt congrua reſ-
ponſio dicere quòd lex noſtra intelligatur in
emente has mercantias ad portandum eas ad
alia loca, quia lex *illa. 31.* generaliter loquitur,
neque itidem ſatisfaciet dicens, quòd lex noſtra
intelligi poſſit vt non ſit contraria neque diuer-
ſa à dicta *lege. 31.* quoties intra illos tres dies id
velit inquirere Gabellarius ab emptore, & ſic
reſtringatur *ex dict. l. 31.* quia lex noſtra non eſt
reſtrictiua certi temporis, ſed in quocunque

de electio & in c. Eccleſia veſtra, numero 9. in medio eod. tit. vbi hanc dicit communem doctrinam & ibi additio alia allegat, & communem dicit Couar. lib. 3. Var. ca. 17. numero 3. hic autem lex noſtra præconium requirit ex parte conductoris, & ex parte venditoris & emptoris factum, videlicet intimationem factæ venditionis, ergo non ſufficiet aliunde ſcire venditorem vel emptorem quis ſit conductor dictæ Gabellæ vt pœnam noſtri text. incurrant, ſi non manifeſtauerint venditionem pro quo facit, quia quotieſcunque lex aliquid introducit de nouo cum certis modificationibus, omne dictum à tali lege cenſetur de forma ſubſtantiali, & conſequenter omnia in contrarium
6 acta † nulla ſunt & non obligant, *vt diximus in l. 1. numero 28. & 31. tit. 1. lib. 5. ſuprà,* ſed lex noſtra inducit de nouo contenta in ea, & cum modificatione quòd præconizetur, ergo vera ſunt dicta quoad venditorem & emptorem, ſecus quoad Gabellarium: nam ſi ipſe expedite ſcit de venditione non oportet ei denuntiare, cum in eo ſimplex ſcientia requiratur, & ſic tunc ſi ei non manifeſtetur non incurritur pœna *ex dicta doctrina communi & ita tenet Laſarte, d. ca. 18. nu. 34.* & dicta ita iudico. ergo ſi non fiat, non obligatur venditor & emptor ad pœnam, quæ adèo vera ſunt quòd ſi ante præconium datum, & venditionem factam, ij quinque dies tranſeant & eis iam tranſactis præconizetur non incurrent
7 † venditor & emptor præcedentes pœnam ſi non denuncient, tum quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, *l. 2. §. in delictu. ff. de noxali.* tum etiam quia ſemel iam peruerſus ordo fuit, & omiſſus, quia non erat factus ante talem venditionem, & omiſſio qualiſqualis ordinis in extraordinarijs iudicijs
8 † vitiat ipſum iudicium *ſecundum Innoc. in cap. tua ad fi. de cohab. cle. & mul. & Hippoli. in pract. §. ſecun-*
9 *da num. 82.* ordineque ceſſante † deficit ſubſtantia *ſecundum Bald. in cap. 1. colum. 1. qui ſucceſ. tene. in vſib. feu. & Hippolt. vbi ſuprà, numero 77.* & ita teneo etiamſi Laſarte, *dict. cap. 18. numero 35. & prim in capit 4. numero 13.* aliud velit, dicens quòd ſi dubitatur de Gabellario non corrunt iſti quinque dies, ſed à die ſcientiæ current, nam vnde quæſo iſtam doctrinam & ſuſpenſionem collegit author hic, à lege noſtra non, quia ex ea colligitur & ipſemet author colligit Gabellam ſtatim deberi perfecta venditione ante traditionem, & quod abinde ij quinque dies corrunt, & quòd dies venditiunis computatur in termino, ſi ergo ita eſt quomodo ſuſpendi poteſt terminus hic, cum lex noſtra id non declaret, item quia ſi id eſſet, poſſet vtique venditor & emptor dubitare quis ſit conductor Gabellarum etiam dato per Gabellarium præconio, ergo ſi dubitat non current ij quinque dies, quòd eſt falſum ex lege noſtra, ergo male dixit Laſarte eſſe in ſuſpenſo curſum quinq; dierum ſi dubitatur de Gabellario, & conſequenter meam ampliationem veram eſſe teneo. Et vt incepta compleamus ſciendum etiam eſt, quòd minor. 25. annorum etiam ſi intra quinque dies non denuntiauerit, & ſoluerit Gabellam Gabellario de rebus à ſe venditis excuſatur per viam reſtitutionis aduerſus
10 culpam in † omittendo commiſſam, vt pœnam noſtræ legis non incurrat, *ex text. & eius materia. C. ſi aduerſ. delictum, & in l. ſi ex cauſ. §. penult. ff. de minor. tenet Caſtillo, in l. 1. Taur. fol. 20. column. 3. & 4. & eo relato Laſarte dict. cap. 18. numero 38.* imo & in maioribus idem video pluries ſententiari, vt ſiquidem ſi maiores 25. annorum ante condemnationem offerant Gabellam Gabellario,
excuſentur à pœnæ † condemnatione, *vt voluit* 11
Caſtillo vbi ſupra in l. 7. numero 45. licet ipſe ibi teſte Laſarte hic, *numero 37.* aliud velit attenta lege noſtra quaterni, ſed ego non video maiorem rationem ad tenendum contrarium, imo eadem, cum nihil partis & ſic Gabellarij interſit, niſi ſolum Gabella, quam petit & prætendit, & pœ-
na legalis in tantum † debetur in quantum in- 12
tereſt parti, *vt diximus in l. 3. titu. 8. lib. 4. ſupra, numero 43. & per Anto. Theſau. in deciſio. Pedamont. 79. numero 3. & iterum deciſione 98. numero 3.* & ita de iure verum crederem & tenendum niſi haberemus, *l. 125. quaterni Gabellarum appoſitam pro l. 8. titulo 7. ſupra iſto libro in fin.* quę decidit hanc quæſt. & ſic ſecundum ſuam diſpoſitionem circa maiores 25. anni reſpondendum eſt in noſtro caſu, cum ſoluit reus ante condemnationem, lapſis ijs quinque diebus, de quibus in lege noſtra. Inquit tamen Menoc. *conſ. 98. numero 21. & 22. lib. 1.* Gabellæ fraudatorem non teneri ad pœnam ſi dolo non fraudauit, *& Andra. Gal. in obſer. impe. libro 2. obſerua. 48. numero 27.*

Ibi, *Deſpues del otorgamiento,* & ſic ſtatim perfecta venditione debetur Gabella etiam re vendi-
ta † nondum tradita, quia ſtatim quòd de pretio 13
eſt conuentum perfecta eſt venditio, *vt diximus in l. 1. titu. 17. ſuprà eodem gloſ. paguen, ex Laſarte cap. 3. numero 4. & cap. 6 numero 12. cum ſequentibus,* vbi *numero 25. cum ſequentibus,* idem eſſe ait, cum venditionis pretium ſoluendum eſt ad diem certum, nam ſtatim Gabella peti poteſt, & ſic dicitur iudicaſſe, & ego vidi iudicas per conſilium regium patrimonij Regij, & *à numero 13. in dict. cap 6.* incepit Laſarte hanc quæſti. 5. & *numero 28.* inquit venditorẽ non adimplere cedendo actionem contra emptorem pro Gabella, & idem tenet Salon *de iuſ. & iur. capit. 191. pagi. 454. verſi. ſecundo dico,* licet ipſe ibi traditionem rei requirat & malè.

Ibi, *El lunes,* Iunctis verbis, *lo pague el viernes,* habes notare in noſtra lege & eius diſpoſitione
diſponi diem termini † computari in termino 14
quod regulariter ſecus eſt *ſecundum aliquorum opinionem vt notant DD. in l. 1. ff. ſiquis cautio. & nos diximus latè in curia piſana lib. 4. ca. 2. de renuntiatio. offi. 10, & in l. 4. titu. 4. lib. 7. numero 10* diximus magis communem eſſe diem termini computari in termino.

Ibi, *Haſta pueſto el ſol,* & ſic non more Romano *vt l. more Romano. ff. de fer. & dixi in dict. cap. curia, & in l. 4. titu. 4. numero 12. lib. 7. ſuprà,* ſed more commu-
ni, quo quidẽ diem cõputamus † vſq; ad occaſũ 15
ſolis ſicut in laboratoribus campi cõſiderari ſolet, & conſiderat Laſarte *dict. cap. 18. nu. 34. ad fi.*

Ibi, *Al dicho arrendador,* ipſi enim & non alij ſoluendum erat: & ſic quamuis lex noſtra id non exprimeret, ſic intelligebatur, *vt in eius propoſitum dicebat Auendaño ca. 7. pret. numero 4. libro 1.* ſed lex noſtra id expreſſit vt tolleretur occaſio vlla dubitandi præſertim cum pœnam dupli ipſi Gabellario applicat, in qua poterat dubitari an eſſet Gabellarij, cum in vim pœnæ deberetur, & quæ dubita-

omnino obuiandum eſt, *l. infunda ff. de rei vendi. l.11.tit. 17. iſto lib.9.* ego tamen, aliam conſidero
rationem ſcilicet, quia de facto proprio deponit
emptor, vel mediator, & cum de facto proprio
8 teſtis vnus deponit † creditur ei, *vt per Tyberi. Decia.reſpon.93.num.2. volumine 2.* etiam ſi ſit vilis &
infamis, vt ibi refert aliquos tenere, ſed ipſe in
vili contra tenet,& bene, & ex lege noſtra probatur bonam famam emptoris & mediatoris
requirente,& cum ij de facto proprio deponant
& in cauſis ciuilibus, & quæ regulariter ſolent
eſſe parui valoris, nimirum ſi ei ſoli credatur, ſi
bonus eſt vir & bonæ famæ, *vt & per Anto. Gom. l.83.Taur.num.15.& Villalobos in litera,I.numer.117. ſui Ærarij commu. opin. vbi limitat cum 3. numeris ſequent. & plures de hoc refert authores Tiraquel. de Retract.Linag.§.1.gloſ.14.numero 47.vſque ad 52.vbi numero 51.ponit vnam declarationem,& Menochi. de Arbitrar.Iud. lib.4. Cent.1. caſu.49.* Ego tamen vni ſoli
teſti etiam de facto proprio deponenti in præiudicium tertij non crederem, niſi adeſſent cum
eo aliquæ coniecturæ, † in caſibus vbi lex non 9
diſpouit vni tantum credendum prout hic diſponitur,& hoc quia vltra quòd deponit de facto
proprio,ſi ita non eſſet,fraudi locus daretur.

De lege 29.vide quæ diximus *in l.27.ſuprà eod.*

LEX TRIGESIMA-PRIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Conductor Gabellarum tenetur publicare per præconem quo in loco & vbi reperietur, vt Gabella ei ſoluatur & quo modo & intra quod tempus & ſub qua pœna venditor vel emptor tenetur denunciare venditiones & ſoluere Gabellam,& eſt lex practicabilis.

SVMMARIA.

1 *Dictio,porque,cauſatiuè & pro ratione apponi ſolet, numero 1.& num.2.quòd denotat cauſam finalem.*

2 *Gabellarius ſi per præconem non manifeſtauerit vbi viuit non debet venditor neque emptor pœnam appoſitam eis non manifeſtando venditionem, numero 3. etiam ſi ſcinerim emptor & venditor quis ſit Gabellarius,numero 4.& numero 7.ampliatur.*

3 *Scientia non ſufficit,vbi factum requiritur,vt quis cõſtituatur in mora vel negligentia, numero 5. cum ſequen.*

4 *Lex vbi aliquid introducit de nouo cum certis modificationibus omnia in ea inſerta cenſentur de forma ſubſtantiali & in contrarium acta nulla ſunt,n.6.*

5 *Gabellario ſcienti de venditione non eſt neceſſe denunciare & ſi non denuntietur non incurritur pœna, numero 6.*

6 *Omiſſio qualiſqualis ordinis in extraordinarijs iudicijs vitiat ipſum iudicium,numero 8.*

7 *Ordine ceſſante deficit ſubſtantia,numero 9.*

8 *Minor viginti quinque annorum excuſatur à pœna ſi intra quinque dies non denuntiauerit Gabellario venditionem per viam reſtitutionis,numero 10 vbi numero 11.idem in maioribus ſi offerant Gabellam ante condemnationem, ſed in numero 12. contra deciditur.*

9 *Pœna legalis in tantum parti debetur in quantum ei intereſt, numero 12.*

10 *Fraudator Gabellæ non tenetur ad pœnam, ſi dolo eam non fraudauerit eodem,numero 12.*

11 *Gabella debetur ſtatim perfecta venditione etiam re nondum tradita,vel etiam ſi ad creditum vendatur, numero 13.*

12 *Dies termini computatur in termino in præſenti lege, numero 14.*

13 *Dies communi more computatur ab ortu ſolis vſq; ad eius occaſum, numero 15.*

14 *Dubitationis cauſa ſiqua apponuntur ius non lædunt, numero 16.*

IBI, PORQVE LOS VENDEDORES NO SE PVEDAN ESCVSAR DE PAGAR LAS ALCAVALAS QVE DEVEN DIZIENDO QVE NO SABIAN A QVIEN. Ponderanda
eſt dictio illa porque,quæ cauſatiuè & pro ratione † regulariter ponitur, *ſecundum Bart. l. demonſtratio.§.quòd autem numero 10. verſ. item quod ſi teſtator ff.de conditio.& demõſtratio.& Tiberi.Decia.reſp.34. numero 74.volumine 3. imo & ſecundum eundem Tiberi. Decia.Reſp.7.numero 14.volum.1.ex Bal.in l.1.colum.1. ff. de ferijs,* denotat cauſam † finalem, *vt & per Tiraquel. contra Imol. per eum allegatum, in tract. ceſſante cauſ. in regn. nu. 82. cum duobus ſequent.* vt ſic in lege
noſtra & in eius materia denotes & aduertas,
quòd cum vt venditor & emptor, ſciant cui debent ſoluere Gabellam, iubeat lex noſtra conductorem Gabellæ illius debere publicare per
præconem in duobus diebus diſtinctis, & conſecutiuis vna vice quolibet horum dierum vbi
moratur, & viuit vt venditor & emptor illic accedant ſoluturi Gabellam, tali conductori, vel
ad manifeſtandum eam,ſcias in quam notare &
aduertere quòd ſi præconium hoc datum non
ſit, neque venditor neque emptor † incurrent 3
noſtri text. pœnam, ſi intra quinque dies à lege
noſtra aſſignatos non ſoluerint, vel manifeſtauerint venditionem conductori tali, cum tunc
deficiat cauſa finalis: quæ ſi non deficeret excuſari ſe alias venditor & emptor non poſſent,nimirum ſi excuſati ſint,neque tenetur tunc venditor perquirere Gabellarium ſi præconium
non eſt datum *ex noſtra lege & ex dictis per Ludoui. à Carbone, de reſtitutione quæſt. 33. in dubita.5.* quod
adeo verum crederem, quòd quantumuis venditor & emptor ſciant quis ſit conductor illius
Gabellæ & ei non manifeſtent venditionem
intra tempus noſtræ legis, quia præconium dictum non dedit, adhuc non incurrent † eius 4
pœnam, nam quantumuis ſit regula iuris,quod
is qui certioratus eſt non ſit opus vlterius certiorari, *ex cap. eum qui, de reg. iur. in 6.* tamen vbi
vltra ſcientiam requiritur, factum non ſufficit
ſcientia, ſed certioratio eſt adhuc † neceſſaria 5
præſertim ad incurrendam pœnam, *ſecundum Bart. in l. denuntiaſſe, §. quid ergo ff. de adulter. gloſ. fin. in capit. non iniuſtè de procurato. quam allegat Card. in cap. fin. quæſt. 1. de emptio & vend. & ibi Abb, & idem Abb. in capit. cum inter vniuerſos,num.10.*

LEX SEXTA.

SVMMARIA.

1 *Lex noſtra non corrigit, l.7. tit.17. ſuprà eodem lib. numero 1.*

2 *Carnifices ementes carnes etiam à vicinis loci illius vbi viuunt debent conductori Gabellarum manifeſtare has emptiones, quod ſecus in alijs rebus à conuicinis emptis, numero 2. & 3.*

3 *Emens à conuicino aliquam rem non tenetur manifeſtare Gabellario, niſi in caſu noſtræ legis, num. 3.*

LEX 6. noſtri tituli generalis eſt diſpoſitio circa omnia loca diſponens, excepta ciuitate Hiſpalenſi & toto eius Archiepiſcopatu, & excepto etiam Epiſcopatu Cadenſi, vt diſponitur *in l. 7. tit. 17. ſuprà iſto lib.* quæ per iſtam † noſtram non corrigitur, ſed potius illa limitat noſtram vt apparet ex ſubſcriptione marginali legis ſequentis, quæ lex ſequens appendix eſt noſtræ legis: quoniam noſtra & illa erat vna lex 94. in ordine quaterni antiqui Gabellarum vt apparet ex ſubſcriptionibus ſuper eis poſitis.

In eadem, l.6. Ibi, *Que aunque ſean vezinos del tal lugar.* in hoc lex noſtra ſpecialiter prouiſit, circa carnifices ementes carnes, in eo loco vbi vicini ſunt & carnifici, nam etiã ſi à conuicinis emant carnes tenentur conductori Gabellarum car-
2 nium illius loci manifeſtare † emptionem, vt
recuperet conductor Gabellam à venditore illo, cum regulare ſit aliud in emptoribus aliarum rerum ementes tales res à vicinis loci illius, nam non tenentur manifeſtare emptionem
3 Gabellario, † *vt apparet ex l.32. infrà iſto tit. & lib.*
quæ limitanda eſt vt non procedat in caſu noſtræ legis circa carnifices ementes carnes à vicinis loci illius, qui quidem vt dictum eſt tenentur manifeſtare Gabellario emptionem ſecundum quod in noſtra lege diſponitur, & ſub eius pœna.

LEX 7. Sequens, eſt pars, vt dictum eſt, *l. 6. præcedentis*, & eiuſdem farinæ & materiæ, quæ quidem vt in eius marginali ſubſcriptione apparet non corrigit, *l.7. tit.17. ſuprà iſto lib. vt in ead. l. 6.* dictum remanet.

LEX 8. proſequitur eandem materiam duarum legum præcedentium & eſt earum declaratoria, nam eſt pars ipſiuſmet *legis 94.* quaterni Gabellarum, vt ex ſubſcriptione marginali vides, & apparet ex eius contextura in quaterno illo inſerta.

De legibus, 14. 15. & 16. quæ ſunt eiuſdem materiæ, nihil neceſſe eſt remorari in declaratione earum ſolum enim notandum eſt in fine legis, 14. dum dicit: *Deſtonando lo que comieren y beuieren taſſado razonablemente*: hàbes legem ſimilem, 16. infrà iſto tit. & iſta ampliat illam † in quantum hæc, *l.14.* probat à tali taſſatione non habere locum appellationem & latius id prouiſum fuit per capitula punctuationum & conditionum, cum quibus debent redditus Gabellarum locari *in cap.* 28.

Ad leges, 27. & 29. ſolum habes notare quod quamuis ibi apponatur pœna mercatori malitioſè declaranti panes, vel non eos manifeſtanti intra tempus ab ipſis legibus præſcriptum, quod ſi mercator talis intra legitimum diei tempus
in dictis legibus aſſignatum, ſe correxerit † & 1
veritatem manifeſtauerit, euitabit pœnas illarum legum *ex dictis per Bal. conſ. 34. volumine 5. vt in propoſito dictarum legum notat Laſarte, d.c. 18. num. 33.*

LEX VIGESIMA-OCTAVA.

SVMMARIA.

1 *Dicto vnius iurato creditur in caſu huius legis, num. 1. & numer. 2. quod poterit probari contrarium, & nu. 3. & 4. reſtringitur cum num. 5. 6. & 7.*

2 *Teſtium de facto proprio deponenti creditur, & quando numero 8. & 9.*

AD l.28. ſolum habes notare hic eſſe caſum ſpecialem quod dicto vnius tan-
1 tum credendum ſit † iuramento adhi-
bito per eum cum regulariter dictum vnius ſit dictum nullius, *vt l. iuris iurandi, C. de teſt. tradit Dueñas Reg. 84. quam ad hoc notauit Auend. cap. 1. prato. num. 18. verſ. in materia paſtorum, lib. 1.* vbi tamen ipſe inquit quod poterit probari contra-
2 rium, † & nouiſſimè allegat eam Laſarte *de de-*
cim. vend. cap. 18. num. 74. vbi *vſque ad numerum* 80. pro huius legis intellectu & praxi quinque notabilia proponit & colligit, quæ tamen reſtrictiones ſunt vt legis noſtræ diſpoſitio non extendatur vltra perſonas hic nominatas, ſcilicet, emptoris vel mediatoris, ita vt in alijs perſonis Regula dictæ legis, iuris iurandi, ſeruanda ſit, & tunc demum emptoris, vel mediatoris dictum
3 ſufficiat, ſi in teſtem quilibet † eorum adducatur
per Gabellarium, non vero alias, item & quòd tunc demum emptoris vel mediatoris dictum ſufficiat cum iuramento, quoties venditor ipſe
non negat venditionem † ſed fatetur potius, diſ- 4
ferunt tamen venditor & Gabellarius in pretio quia Gabellarius dicit eſſe maius pretium quam illud quod venditor aſſerit, tunc enim ſuper veritate pretij ſtabitur dicto emptoris vel mediatoris,
† ſi Gabellarius illum in teſtem perducat, 5
ſecus vero ſi negetur venditio, nam tunc non
ſufficiet † dictum mediatoris ſuper hoc an ven- 6
ditio fuerit facta, ſed plena requiretur probatio, licet tunc mediator in teſtem adduci poterit per Gabellarium. Aliud ego etiam requiſitum vltra Laſarte credo eſſe neceſſarium ex lege noſtra, ſcilicet, quòd emptor talis vel mediator, cuius
† ſoli dicto iurato ſtatur, ſit bonæ famæ *vt probat* 7
lex noſtra ibi, de buena fama, ita vt id omnino probandum ſit etiam ſi non reprobetur per reum conuentum, nam cum optima fama teſtium eſt inductiua plenæ probationis vt hic, debet probari bona fama teſtis etiam ſi non reprobetur, nec ſufficit præſumptio, quòd quilibet præſumitur bonus, *vt late diximus in l. 6. titul. 9. numero 17. lib. 3. ſuprà, & in alijs locis,* & rationem ad noſtram legem aſſignat Laſarte *vbi ſuprà, numero 75.* ſcilicet, quia ſi emptoris & mediatoris dicto, qui frequenter ac ſoli venditionibus intereſſe ſolent, non ſtetur longiſſimus fraudi campus pateſieret

cui

vbi inquit de hoc vidiſſe regiam prouiſionem,
& Laſarte *vbi ſuprà*. dixit vidiſſe ſententias quas
credendum eſt eſſe latas in fauorem fabrican-
tium hos cultellos maiores ad prælium aptos,
non vero in paruis, qui ſolent fieri pro vſu do-
muum ad incidendum panem, & carnem co-
ctum ad comedendum, vel ad ſcindendum pen-
nas, quia licet cum eis poſſit quis occidi, id non
conſideratur, ſed finis ad quem fiunt, & ſic ſub
armorum appellatione non continentur, & le-
gis noſtræ prærogatiua non gaudebunt fabrica-
6 tores † horum paruorum cultellorum, de naui-
bus autem & nauigijs, etiam ſi in eis arma de-
ferri ſoleant, & cum eis ab inde præliari, debe-
7 bitur Gabella, † *vt aduertit Gironda vbi ſuprà, numero*
28. vbi *à num.* 26. incepit, & tandem ita conclu-
dit & ex lege noſtra probatur, dum dicit, *Y de los
aparejos para vſar de ellas.*

Ibi, *Pero que de las coſas que ſe hazen las dichas ar-
mas*, velut de ferro & alijs metallis, ex quibus
conficiuntur & fieri ſolent arma, nam de ijs
materijs debebitur Gabella.

Ibi, *En la manera y perfecion que ſe ſuele vſar de ellas.*
Nam generaliter id dicitur eſſe perfectum, quo
8 commodè † vti poſſumus, *l. quinimo, §. cui ff. de aur.
& arg. legat. notat gloſ. magis in l. & ſi non ſunt §. infecti,
eodem titulo gloſſa, & DD. in §. cum ex aliena. ver. facta,*
9 *inſtituta de rer. diuiſ.* perfectumque dicitur id, † cui
nihil addi poteſt, *ſecundum Bald. in Tractat. ſchiſma-
tis colum. fin. dixi in l. 10. titulo ſexto, numero 2. lib. 3. ſup.*
ex quo inquit Laſarte *de deci. vend. ca. 20. num. 70.*
quod de enſe lucido vendito ſine capulo & pu-
10 gno debebitur Gabella, † quia eo vti non ſole-
mus ſine pugno & capulo, idque ex verbis ijs
noſtræ legis deſumit & ex petitione & ſuppli-
catione 79. curiarum de Madrid. ann. 1582. id
etiam probat ipſe Laſarte ex eo quod ibi peti-
tum fuit, vt lex noſtra in ijs verbis declararetur,
ſatis eſſe tunc enſem & pugionem perfecta &
conſummata, vt ex ea Gabella non debeatur. *Si
eſta ya forjada templada y amolada.* Et reſponſum fuit
quòd per leges Regias hoc erat prouiſum, quaſi
velit Laſarte, per iſtam reſponſionem denega-
tam fuiſſe ſupplicationem & conſequenter
quòd niſi ſit enſis perfectus cum pugno & ca-
pulo debeatur Gabella ex eius venditione, & ſic
quòd fabricatores enſium vendentes eos perfe-
ctos tamen, ſine dicto ornamento debeant Ga-
bellam, † ſed licet ita videatur, tamen quia etiam 11
dici poteſt capitulum illud. 79. diſpoſuiſſe legem
noſtram de enſibus lucidis intelligi venditis ſi-
ne pugno & capulo, quia reſponſio debet intel-
ligi iuxta formam ſupplicationis, res hęc non eſt
ſine dubio, in quo dubio conſuetudo locorum
multū operabitur, & rem dubiam clarā efficiet.

Ibi, *Y de los aparejos para vſar de ella.* Et ſic de va-
gina de per ſe vendita debebitur Gabella, † *vt in-* 12
*quit Gironda hic 2. part. §. 2. n. 21. Y del talabarte en que
ſe traen vēdido de por ſi.* Debebitur Gabella † *ex text.* 13
*hic in ijs verbis, iunctis ſequentibus. Aunque ſean tocantes y
anexos a la meſmas armas.* Et ſic in materia noſtra
annexi & connexi non eſt idem iudicium, licet
de iure in alijs aliud ſit, quod eſt verum vt dixi-
mus, ſi annexum & ſic vagina vel *talabarte*, de
per ſe vendatur, ſecus ſi cum † enſe ipſa vendan- 14
tur pro eodem pretio, nam tunc cum principa-
lius & ſic enſis vendatur, & eius conſideratio
habeatur non debebitur Gabella de vagina, &
Talabarte, in ſimul cū enſe poſitis & incluſis, ſicut
non debetur de pugno & capulo, vulgo, *del pomo
y del puño*. Etiam ſi ſint alicuius valoris conſide-
rabilis, ſi vt dixi, in ſimul cum enſe iunctim &
in ea poſita vagina & *Talabarte*, vendantur, pro
vno tantum pretio, & in hoc caſu poſſet proce-
dere illud quod dixit ſupplicatio illa dicti cap.
79. Curiarum de Madrid anni 1582. *Que auia exe-
cutoria que del talabarte en que ſe trae la eſpada no ſe de-
uieſſe alcauala* Nam id poſſet procedere ſi in ſimul
cum ea vendatur, ſecus ſi de per ſe, ſed conſue-
tudo itidem in hoc multum operabitur.

Lex 41. ſequens, quæ eſt finalis noſtri tituli, quaſi idem de armis proſequitur, cum de iubones de malla, quæ defenſione afferunt non deberi Gabellam diſponat, & ne idem de alijs, *jubones que no ſond emalla.* Intelligeretur addidit lex noſtra de ijs vltimis deberi Gabellam, quibus quidem titulus noſter remanet expeditus.

TITVLO XIX. DE LAS DILIGENCIAS QVE HAN DE HAZER LOS QVE DEVEN ALCAVALAS, Y LO QVE PVEDEN HAZER LOS RECAVDADORES DE ELLAS.

CVM in titulo præcedenti dictum ſit quòd omnes Gabellam ſoluere tenentur Gabellarijs, ideo poſt eum ſequitur noſter proponens ipſis Gabellarijs, quæ facere tenentur pro eis recuperandis: in cuius tituli declarationem parum immorabimur, tum quia leges eius ſunt claræ, tum etiam quia aliquæ earum ſunt locales leges loca particularia concernentes, prout eſt l. 1. cum 4. ſequentibus, quæ cum ſint ſpeciales diſpoſitiones non debent trahi ad conſequentiam generalium diſpoſitionum, ſed generales debent modificari & limitari per ſpeciales, vt ſic generalis non corrigatur, prout copilator noſtræ recopilationis dixit in ſubſcriptione marginali ad legem 7. iſtius noſtri tituli & libri.

LEGES XXXVII. ET XXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex calcaribus & eſtribis venditis, num. 1. & 2.*

LEx 37. & 38. & aliæ ſimiles aliarum rerum exemptionem Gabellæ concedentes claræ ſunt & non egent declaratione, ſicut & aliæ multæ ſimiles, ideo nimirum ſi eremæ & abſque commentatione remaneant, ſolum ex dicta lege trigeſima-octaua notandum inquit Laſarte *dicto capitulo vigeſimo, numero ſexageſimo-quinto*, quòd dum inquit ex calcaribus & eſtribis venditis eſſe ſoluendam Gabellam, ap-
1 pellatione armorum † non contineri, *ex Montaluo, in repertorio legum ordinamenti, verſ. alcaualas*, aliter enim ſub diſpoſitione *legis quadrageſima infrà eodem*, contineretur, vbi arma libera redduntur à
Gabella, ego tamen contrarium † credo verius, 2
nam ſi ſtribi & calcaria non continerentur armorum appellatione, non erat neceſſe in præſenti lege diſponi ex eis Gabellam ſoluendam, & cum id diſponatur manifeſtè colligitur ideo diſponi, ne ſub diſpoſitione *dicta legis quadrageſima infra eodem* comprehendi dici poſſet, ſicut & de ferro ex quo arma fiunt lex noſtra diſponit, ne ſub *dict. l. 40.* comprehenderetur, aliter enim lex noſtra de nullo dubio ſeruiret, & inanis ac ſuperflua foret, ne fortè idem de materia ſicut de materiato redderetur.

De lege 39. vide ſimilem eius confirmatoriam *in. l. 6. titu. 20. infrà iſto libro.*

LEX QVADRAGESIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

De armis ſiue offenſiuis ſiue defenſiuis ſi perfecta ſunt Gabella non debetur, ex imperfectis autem & ex rebus ex quibus facienda ſunt deberi, vtique lex noſtra diſponit.

SVMMARIA.

1 *Armorum appellatione veniunt defenſiua & offenſiua, num. 1. & quæ in noſtra lege veniant eorum appellatione, num. 2.*

2 *Armorum appellatione non contineri cultellum paruum ad incidendum panem, num. 3. & ſic prohibitus portare arma non prohibetur hos paruos cultellos afferre, num. 4.*

3 *Gabella debebitur ex cultellis paruis venditis non aptis ad bellum, num. 5. & ſic de ſica & pugione non debebitur vt ibi, & nu. 6. & 7. hac proſequitur.*

4 *Gabella debetur ex rebus de quibus arma fiunt ſi vendantur de per ſe, vt num. 7.*

5 *Perfectum generaliter dicitur illud, quo commodè vti poſſumus, nu. 8. & cui nihil addi poteſt, nu. 9.*

6 *Gabella an debeatur de enſe lucido vendito ſine capulo & puguo, num. 10. & 11.*

7 *Gabella debebitur de vagina de per ſe vendita. numero 12.* y del talabarte, *vt nu. 13. niſi inſimul cum enſe vendatur, vt numer. 14.*

IBi, DE LAS ARMAS OFFENSIVAS, Y DEFENSIVAS, vtraque enim armorum appel-
1 latione † continentur, *ex. l. armorum, vbi Alciatus, ff. de verborum ſignificatione, & ex leg. ſexta, titulo ſexto, libro ſexto ſuprà,* vbi aliqua diximus & in propoſitum notat Laſarte *de decim. vendit. capitulo vigeſimo, numero* 66. & quænam in propoſitum noſtræ legis offentibilia ſiue defenſibilia ſub iſtis verbis comprehendantur, Dic quòd vt inquit text. *in. l. armorum* 41. *ff. de verborum ſignificatione* non vtique tantum ſagitæ & gladij & galeæ ſi-
2 gnificantur, ſed & fuſtes & lapides, † *ex l. armatos, & ex l. penultima. & l. fin. ff. de vi pub. & l. 2. ff de vi & vi arma. & l. 7. titulo 33. part. ſeptima, & dixi in rubrica dict. titulo ſexto, libro ſexto, ſuprà, & clarius probatur, in. l. 2. §. de los arneſes, titulo 22. infrà iſto libro in hac verba, de los arneſes y coraças, y balleſtas, eſpingardas, y qualeſquier tiros de poluora, y hierros de lança, azagayas y ſaetas y otras armas qualeſquier offenſiuas y defenſiuas, no ſe pague alcauala,* ponderando dictionem illam, *y otras armas*, nam præſupponit & àntea dicta arma eſſe, cum dictio illa, otras, ſit repetitiua ſimilium, *ex text. vbi Bald. in. leg. conuenticula. C. de Epiſcopis, & cleri.* quam legem & alias ad hoc allegat nouiſſimè Gironda, *de Gabel. ſeptima parte §. ſecundo, numero vigeſimo-ſecundo & vigeſimo-tertio, & tenuit in archabuſijs & alijs machinis ſulphurarijs Laſarte dicto capitulo vigeſimo, numero ſexageſimo-ſeptimo, & vltra DD. in dict. l. armorum, tradit & Decia. de delictis, tom. 2. lib. 8. cap. 2. numero tertio cum ſequent.* vbi *numero nono*, in-
quit non contineri cultellum † paruum ad inci- 3
dendum panem, ſiue ad adaptandum pennas, vel alios ſimiles, non deſtinatum ad offendendum ſed ad alios vſus, *ex text. & ibi gloſ. in Authentica de armis, §. prohibemus,* ibi cultellos minores, quibus nullus in prælio vtitur, *& Rebuf. in dict. l. armorum ſub verbo gladios, pag. 312.* vbi inquit verbum gladios illius legis, non de iſtis cultellis paruis, & ad prælium non adaptabilibus eſſe intelligendum, ſed pro enſibus & pugionibus & ſpathis ibi apponi, verbum gladios, & ſic ſecundum enim ibi prohibitus portare arma non prohibe-
tur hos cultellos † paruos afferre, & tenere in 4
domo *vt per Loazes in allegatione de mula, dubi. 1. in fin. fundamento pro Marchio. num. 31.* quòd ad Maurorum gentes, vulgo Moriſcos, optimum eſſet, niſi & pragmatica noua eſſet illis prohibitum etiam illos portare, & tenere in domo niſi ſint ſine acumine, *vulgo ſin punta*, ex quibus ad noſtram legem tenet Laſarte *dicto capitulo 20. numero 68.* quòd ex ijs cultellis paruis, qui non fiunt ad nocendum neque ad prælium ſunt apti, debebitur
Gabella, † ſed ex cultellis maioribus aptis ad 5
prælium, & ſic de ſicca & pugione non vtique debebitur, quia arma ſunt, & de iſtis loqui. *l. 3. C. quæ res ex per. non deb. & l. 6. ibi, o cuchillos, titulo tertio, pag. 5. inquit Laſarte dicto numero 68. & voluit Gironda de Gabel. 7. part. §. 2. numero 23. & 24.*
vbi

velint eam inter ſe diuidere & facta diuiſione
vna pars eſt melior altera, ita vt ſit neceſſe pro
adæquanda altera parte interuenire pecuniam
34 non debebitur Gabella ex illa pecunia,† quia vt
dictum eſt lex noſtra in omni diuiſione locum
habet, & ex pecunia data ad æquandas partes
lex noſtra iubet non deberi Gabellam, limita-
tur & tertio lex noſtra in hac de diuiſione con-
clu. vt non procedat, quoties facta iam diuiſione
& heredibus vel ſocijs poſſidentibus ſuas partes
pacifice, inter ſe denuo hæreditatem ſuam ven-
35 dunt, vel permutant, tunc enim † Gabella debe-
bitur quia non à diuiſione proceditur, ſed à no-
36 uo contractu, & ex hæreditate vendita † Gabel-
la debetur, *vt tenet Parlado. dict. §. 6. numer. 11. in
nouo, & Laſarte dict. cap. 20. numer. 56. & Gironda vbi
ſuprà, numer. 3.* ſecus tamen eſſet ſi ſemel facta di-
uiſione, & conſenſu hæredum vel ſociorum ap-
probata etiam diebus aliquibus elapſis, hæredes
vel ſocij inter ſe videntes ſe læſos ex dicta pri-
ma diuiſione velint ſecundo omnia bona ite-
rum diuidere vt error tollatur, tunc enim ſi id
37 abſque fraude fiat, Gabellam † non deberi puto,
etiam ſi de iure vnus alium heredem vel ſocium
ad hanc ſecundam diuiſionem compellere non
poſſet, vt pote quia prima eſſet per iudicem ap-
probata, quo caſu contra eam venire non poſ-
ſent hæredes, *ex. l. enim putarem. ff. famil. hercis.* ſed
ſi hæredes inter ſe ex nouo conſenſu vellent vi-
dere an ad eſſet læſio & eam læſionem tollere,
38 adhuc enim tunc † nõ debebitur Gabella, etiam
ſi in diuiſione illa dentur alia bona vni heredi in
prima diuiſione hæredi & econtra data, vel in-
teruenirет pecunia ad æqualitatem faciendam,
quia lex noſtra non tantum de prima ſed & de
39 ſecũda diuiſione † intelligitur & pluribus alijs,
*vt per Laſarte dicto capitulo 20. numero 57. & 58. &
Parlador. vbi ſuprà numer. 13. & 14. aliud volentem, &
Girondam eum ſequentem, vbi ſuprà numero 4.* neque
declaratio quam Parlador. *dicto numero 14.* noui-
ter aſſignat, vt ſe liberet ab impugnatione ipſius
Laſarte, placet, quia idem dicimus ſi prima diui-
ſio eſt incerta & inualida, ſicut ſi eſſet valida, per
heredes tamen, vel conſocios de communi con-
ſenſu reuidetur, & ſit ſecunda vel tertia diuiſio,
nam tunc idem eſſet ſicut ſi inualida exiſtente
prima diuiſione ſecunda fieret, & hoc vt dixi
credo verum dum tamen abſit fraus ab hære-
dum vel ſociorum ſic facientium parte.

Ibi, *Aunque internengan dineros y otras coſas entre los
tales herederos para ſe igualar,* & hoc nimirum quo-
niam totum id quod agitur, diuiſio eſt, quæ vt
commodius fieri poterit facienda eſt, neque per
particulas fieri debet, vt peſſimi & maleuoli
conſocij & coheredes volunt, & non per corpo-
ra rerum integra vt fieri debet,† *ex text. in §. ſi fa-* 40
*milia, ibi, ſingulas res ſingulis haredibus ad iudicare debet
Iuſtiniana de offic. iud. l. 10. titulo 15. part. 6. & ibi gloſ.
mas guiſada,* & ideo ſi vnus ex hæredibus habet
aliquam partem in domo vel alia re immobili
communi diuidenda inter hæredes, pars ex do-
mo illa tali hæredi vt hæredi pertinens debet ei
aſſignari iuxta aliam partem, quam antea ibi-
dem habebat,† *vt inquit Capici. deciſione Neapoli. 42.* 41
*& Platea. in lege prima, verſ. ſecundo nota. C. quando, &
quibus quarta pars debeatur, libro 10. & Robert. deciſio-
ne 46. numero primo,* non enim debet fieri diuiſio
vt patrimonium † corrumpatur, *vt per gloſſ. l. 2. C.* 42
*quando, & quibus quarta pars debeatur, & Laſarte dicto
capitulo 20. numero 54.* & ſic cum de diuiſione tra-
datur, etiam ſi interueniat pecunia, Gabella non
debetur, quantumcunque pecunia detur & ſol-
uatur non ex bonis hæreditarijs, ſed ex proprio
patrimonio vel pecunia hæredum, vel hæredis
alicuius alteri hæredi refundenda, dum tamen,
vt patet ex ſequentibus verbis noſtræ legis fiat
ad adæquandas partes hæredum, & ſic *para ſe
igualar,* nam qualitas adiuncta verbo debet intel-
ligi ſecundum tempus verbi, debetque verifica-
ri qualitas à lege requiſita, & quia vbi lex ali-
quid diſponit & alterum præſupponit, vt habeat
locum diſpoſitum debet verificari præſuppoſi-
tum, lex autem noſtra diſponit etiam ex pecu-
nia in diuiſione intercedente Gabellam non
deberi, præſupponit autem debere fieri ad adæ-
quandas partes, ergo vt habeat locum excuſatio
Gabellæ pecuniæ intermediæ, verificandum eſt
pecuniam illam præſtari pro adæquandis parti-
bus hæredum, quibus quidem lex noſtra ſatis
remanet declarata.

LEX TRIGESIMA-SEXTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Forenſes & extranei Gabellam non ſoluunt ex pane quem per mare portabunt ad vendendum Hiſpali.

SVMMARIA.

1 *Gabella debetur ex tritico vendito in grano, num. 1. & ex reuenditione etiam in caſu noſtra legis, n. 2.*

IBi, QVE SEAN FRANCOS, Et ſic hoc priui-
legium non tam ipſi rei, quam exteris vendi-
toribus cõceſſum eſt, *vt ex ijs verbis apparere in-
quit Laſarte, de decim. vend. cap. 20 nu. 64.* imo &
ego ipſis ſolis & non rei cenſeo conceſſum fuiſ-
1 ſe, nam ex pane in grano, † de quo hic loquitur,
vt dubitationi locus eſſet, Gabella debetur, *vt ap-
paret ex l. 34. ſup. eod.* quæ ſolum panem coctũ ex-
cuſat, ergo vt de dubio lex noſtra ſeruiret, de pa-
ne in grano intelligenda eſt, & ſic lex noſtra
ipſas perſonas foraneas reſpexit, & itidẽ locum,
ſcilicet, Hiſpalim vbi portatur ad vendendũ, ita
quòd in alio loco quam hic expreſſo, non excu-
ſabuntur exteri à dicta Gabella, imo & aliud re-
quiritur, ſcilicet, quòd per mare dictus panis tra-
hatur, ita quòd tria requiruntur, ſcilicet, quòd ſit
forẽſis & itidem quòd per mare trahatur panis,
& itidem quòd ad Hiſpalim vẽdendus portetur,
& cõſequenter ſi per terram trahant non excu-
ſabuntur, quia omnis qualitas à lege requiſita
verificãda eſt vt à Gabella forẽſis excuſetur, iti-
dẽ & ſic ex reuẽditione dicti panis Gabella de-
bebitur,† quia primis vẽditoribus forẽſibus cõ- 2
ceſsũ eſt priuilegiũ, & ſic eorũ perſonas non e-
greditur, quia priuilegiũ perſonale cũ perſona
extinguitur, *vt põderat in profeſ. noſtræ leg. Laſ. d. n. 64.*

LEGES

*quent. volumine 2. & ibi ipſe Amedæus hoc latius proſe-
quitur, & ampliat*, vel ſecundo quia hæc ratio li-
cet ſequatur à Gironda *de Gabel. 7. part. §. 2. nu-
mer.* 1. refutatur tamen a Laſarte *capit. 20. nume.*
43. poteſt tamen dici pro ratione decidendi no-
ſtri tex. & vt ceſſent omnia contraria, ideo ex
23 diuiſione Gabellam non deberi neque laude-
mium quia eſt neceſſaria alienatio, ad quam v-
nus ſocius poteſt compellere faciendam, quia
nemo compelli poteſt ſtare in communione, &
ex neceſſaria alienatione non debetur laude-
mium neque Gabella *ſecundum Ameda. de Ponte. vbi
ſuprà*, & ad noſtram legem eam pro hac conclu.
allegando notat *Auendaño reſpon. 13. num. 6. verſ.
admiſſa igitur, & Parladorus. libro 1. rerum quotidiana-
rum capitul. 3. §. 6. nume. 11. in nouis*, ergo quan-
tumuis diuiſionem velis aſſimilari emptioni vel
permutationi non debebitur ex ea Gabella, quia
neque ex vera venditione vel permutatione, ne-
ceſſarijs tamen, debebitur. Vel tertio dici poteſt
pro ratione decidendi & vt ceſſent contraria,
quod ideo lex noſtra diſpoſuit non deberi ex di-
24 uiſione Gabellam, quia rei propriæ † nulla poteſt
adeſſe venditio, vel emptio ſi emo mihi, vel vẽ-
do mihi, non enim poteſt quis rem propriam ſi-
bi vendere, neque emere, *ex tex. in l. ſua rei. ff. de
contrahen. emption.* ſed rei communis partem ha-
beo & mea eſt & poſſideo, eam neque in me a-
lienatur, nam diuiſio rem primis dominis non
aufert, ſed apud eoſdem quorum indiuiſa erat
res ipſa manet poſt diuiſionem, & ſtricta iuris
diſputatione relicta, non id agitur in diuiſione,
vt quiſquam ex hæredibus alterius partem ad-
quirat, ſed vt dominium, quòd ſub confuſis par-
tibus occultum & ob nubilum erat, in ſola in-
tellectus operatione conſiſtens, *iuxta l. Meuia. §.
duorum de leg.* 2 diſtinctione partium ad oculum
detegatur, & quod antea erat pars vnius rei in-
diuiſæ, nunc per diuiſionem totum quoddam per
ſe fiat, *vt traditur eleganter in l. rectè dicimus. §. quin-
tus de verbo ſignifi.* at in venditione & permutatio-
ne aliud agimus, nam rem noſtram vendendo
vel permutando à dominio & poteſtate noſtra
excludimus, & in alium transfundimus, aliena-
tioque eſt proprij patrimonij diminutio *ex. l. ſi
ſponſus. § ſi maritus. ff. de donatio. inter vir. & vxo.
quam adhoc notat Bal. in l. bonorum C. qui admitti, &
Caſſane. in conſuetu. Burg. Des Fudz. rub. 3 §. 8. gloſ.*
2. ergo iuſtè lex noſtra diſpoſuit ex diuiſione
hæreditatis inter hæredes Gabellam non debe-
ri, nam cui non conueniunt verba diſpoſitionis,
neque conuenit diſpoſitio, & ita hanc rationem
ſuccinctè in hac materia conſiderauit Caſſane.
vbi ſuprà, tit. de Retraictz. Rubrica 10. §. 9. & Laſar-
te. *dict. cap.* 20. *n.* 47. dicens hanc eſſe veram no-
ſtri text. rationem & ita ego teneo licet ſuprà
dictæ veræ etiam ſint, & ad noſtram legem ad-
aptabiles, neque meruit Parlador. in hoc repre-
hendi per Laſarte, quia etiam ſuæ rationes con-
cludentes ſunt ad noſtram legem, neque aliquo
fundamento refutari poſſunt, *vt in nouis inquit
ipſemet Parlador. dict. §. 6. numero* 9. licet hæc vl-
tima ratio proprior ad legem noſtram videa-
tur, quam & antequam viderem Laſarte con-
ſideraui, qua quidem diſpoſitione noſtri text. ſic
rationibus decidendi munita, ampliatur pri-
mo vt ex text. noſtro in ſequentibus verbis pro-
cedat, etiam ſi ad æquandas partes inter hære-
des diuidentes interceſſerit pecunia. Secundo
ampliatur vt procedat in quacunque alia diui-
ſione bonorum † communium inter aliquos ſo- 25
cios facta, nam & in ea militant eædem ratio-
nes, quæ in hæreditatis diuiſione *vt optime tenet
Laſarte vbi ſuprà, num.* 48. vbi inquit ita legem no-
ſtram communiter ab omnibus in quacunque
diuiſione intelligi, vbi *nu.* 50. eam intelligit &
limitat vt non procedat quoties ex communi
omnium hæredum conſenſu aliquarum † vel 26
omnium rerum hæreditatis ſubhaſtatio publicè
& in publica ſubhaſtatione fit, vt extraneus et-
iam ad ſubhaſtationem admittatur, & vnus ex
hæredibus aliquam ex rebus illis ſubhaſtatis e-
merit, tunc enim Gabella debebitur, quod ſecus
ſi ſolum inter hæredes ipſos † fiat hæc ſubhaſta- 27
tio, nam tunc non debebitur Gabella, quia hoc
caſu extra hæredes licitatio non egreditur, &
ſolum fit ad finem concordandi de modo &
quantitate recompenſationis vt nulli gratifi-
centur magis quam alij & vt remaneant omni-
no æquales & concordes in diuiſione capta, *vt
tenet in propoſito Pet. Nauar. de reſtitu. lib. 3. capit. 1.
nu. 273. cum 4. ſequen.* qui licet quo ad conſcien-
tiam loquatur, idem eſt quo ad iuſtitiam. ſic & ſi
duo habent rem communem indiuiſibilem, &
vnus alium ad iudicium prouocet vt det ſibi
partem ſuam iuſto pretio vel tali, vel quòd ipſe
dabit illi ſuam eodem pretio, tunc enim nulla
debebitur Gabella, † quia ad hoc vnus ſocius a- 28
lium compellere poteſt, *ex l. 10. vbi gloſ. o io. dos. tit.*
15. *par 6*, dum tamẽ id fraude non fiat. prout fie-
ret ſi rẽ diuiſibilem inter duos vnus alteri par-
tem ſuam offerat dicto modo, pro pecunia vel a-
lia re, tunc enim debebitur Gabella, † *ſecundum* 29
Laſarte dict. cap. 20 nu. 53. ſicut ſi vnus ex hæredi-
bus alteri hæredi ſiue omnibus cedat pro pecu-
nia, aut alia re portionem ſuam, nam tunc cum à
venditione, vel permutatione, & nõ à diuiſione
incipiat proculdubio † Gabellam debebit *vt in-* 30
quit Laſarte ibid. n. 52. licet in hoc caſu cõtrarium
voluerint Parlador. *dict. §. 6 n. 10. & Giroda de Ga-
bel. 7. part. in pri. §. 2. n. 2.* niſi eas intelligas † loqui, 31
prout meo videri ſe declarant quoties hæc por-
tionis vẽditio fit exiſtentibus ſocijs, vel hæredi-
bus in diuiſione & nondũ finita, nã tunc nimi-
rũ quòd non debeatur Gabella quia tunc à diui-
ſione pendet hoc pactũ, ex quibus in facto dixi
ſemel † & reſpondi in duabus perſonis inter ſe 32
cõuenientibus de conducendis decimis benefi-
ciorum eccleſiaſticorũ & quòd id quòd quilibet
eorum conduceret eſſet commune inter eos ad
lucrũ & damnum, Hiſpanè *à perdida y ganãcia*, per
viam ſocietatis & vnus eorum conduxit vnã de-
cimã certi loci, alius vero duas aliorum locorũ
& cũ cœpiſſent eas in communi beneficiare, poſt
ſe concordauerunt vt vnus haberet vnã ex dua-
bus illis decimis, ab altero ſocio cõductis, & al-
ter remaneret cũ duabus alijs, permutãdo inter
ſe vnã cum altera, dubitatum fuit an vnuſquiſq;
pro ſua parte Gabellam deberet, & reſpondi,
quòd ſic † quia eſt nouus contractus & non eſt 33
diuiſio, ſed venditio aut permutatio, *ex dictis per
Laſarte vbi ſuprà, numero quinquageſimo-primo & 52.* eſt
tamen verum vt ad ſocios habentes rem com-
munem diuiſibilem tamen reuertamur, quòd ſi
velint

hoc enim caſu, *inquit Laſarte dict. num.* 37. procul-
dubio regalem decimam ſoluendam eſſe, quia
cnm lex noſtra præciſè loquatur de datione &
conſtitutione dotis, trahenda non eſt eius deci-
ſio ad alios contractus, quos eirea dotem ſemel
datam & eonſtitutam ex poſt facto coniuges ce-
lebrauerint, nec minus perfecta & valída ven-
ditio eo caſu per æſtimationem fundi dotalis
fiet, quam ſi à prineipio æſtimaretur, quidquid
Coua. *in cap.* 28. *pract. quaſt. num. ſi. verſ. vndecimo*
aliud velit, etenim quæ ibi allegat, eo tendunt
vt in dubio æſtimatio ex interuallo facta vendi-
tionem non faciat, ſecus vero ſi expreſsè æſti-
matio fiat, vt venditionem & eommixionem
dotis faciat, quibus ſie dictis & allegatis Laſarte
in dict. num. 37. tenent hanc conelufionem intre-
pidè. Ego tamen ſalua eius pace & aliorum
10 idem ſentientium teneo † neq; in hoc eaſu Ga-
bellam deberi, tum quia in eo loquitur lex no-
ſtra, eo quod coniuges ſolũ agunt de tangẽtibus
dotem & quòd id quod à principio omiſerunt
facere fiat ex poſt facto, ſcilicet, ſcire cuius æſti-
mationis fuerit fundus ille in dotẽ datus, ad de-
clarationem deteriorationis vel meliorationis
ſecundum Bald. in. l. ex conuentione. C. de pact. vbi Sa-
licet. Rimi. & Iaſ. & eis relatis Marsa. Soci. Iun. conſ. 141.
num. 14. *volumine* 1. vbi dicit hoc dictum Bald.
eſſe commune votum, eo quòd vt ibi inquit non
eſt credendum partes per talem æſtimationem
præſertim tacitam (quaſi expreſſam per hæc
verba non excludat ſed includat potius ob ver-
bum illud præſertim) facere, quod res quæ iam
inæſtimatæ erant dotales, deſinant eſſe dotales,
& dos in quantitate conuertatur, ſicut inquit
Bar. *in. l.* 2. *num.* 9. *ff. ſi cert. pet. approbatus teſte Par-*
lador. lib. 1. *rer. quotid. cap.* 3. *in pri. num.* 42. *in no-*
uis, quòd ſi pro pecunia quæ mutuo data ſit, ſpe-
eies poſtea conſentiẽti ereditori ſoluatur, nihil-
11 ominus mutuum eſſe & conſequenter † aſſero
Gabellam non deberi quia mutuum non eſt
venditio nec permutatio, & quia vt inquit ipſe-
met Bald. *conſ.* 465. *haredi. colum.* 2. *volumi.* 5. per
quæcumque verba conttactus non cenſetur de-
12 rogatum pactis in ipſo contractu appoſitis † *vt*
& per Craneta, conſ. 70. *num.* 18. & ſie etiam ſi eon-
iuges velint per æſtimationem efficere expreſsè
venditionem fundi dotalis inæſtimati, non een-
ſeatur à pactis & conuentionibus reeeſſum, qui
dotalis fundus ſit vel quantitas pro eo data, &
conſequenter lex nnſtra, quę de rebus in dotem
datis loquitur etiam de hac loquatur, & non ſit
differens cõtractus à dote, maximè quia Couar.
vbi ſuprà, in loco per ipſum Laſarte. *vbi ſuprà* rela-
to & reprobato & male, ipſe Couar. ex rationi-
bus ſuis non ſolum circa tacitam venditionem
loquitur, verum & circa expreſſam eum dicat
per nouationem à priori eontractu noluiſſe
coniuges recedere, & prætet ea, inquit ibi Co-
uar. neque donationem fieri poſſe inter virum
& vxorem, neque alienatio tei dotalis, quæ for-
ſan ex hac alienatione tacita vel exptesſa, quæ
emptionem efficeret, ſequeretur, prout tenere
aſſerit ibi per eum relatos. Et quia taeiti & ex-
preſſi idem ſolet eſſe iudieium, maximè vbi
eædem rationes (prout hic) militant, & ſic teneo
quòd neque ex hac æſtimatione rei dotalis ex
poſt facta inter eoniuges debebitur Gabella, &
ſic *Girouda de Gabel.* 7. *part.* §. 2. *num.* 8. non diſtin-
guit in terminis noſtræ legis venditionem taci-
tam vel expreſſam ex æſtimatione vel eonuen-
tione partium factas in rebus dotalibus. Adeo vt
ſi mulieri ſoluto matrimonio pro pecunia
quam in dotem contulit res æſtimata in ſolu-
tum detur, magis probandum eſt † vectigal non 13
deberi, *vt inquit Parlador. lib.* 1. *rer. quotid. ca* 3. *in*
pri. numer. 44. *in nouis, & Laſarte ca.* 7. imo & quòd
fortius eſt quòd quamuis ſoluto matrimonio
maritus & eius hæredes eligant reddere rem
dotalem tempore dotis reeeptæ æſtimatam, &
nolit reddere pretium adhuc † Gabella non de- 14
betur, *ex dictu per Tiraquel. in retract. connen.* §. 6.
gloſ. 2. *num.* 4. 16. & 17. licet ipſe ibi referat Man-
ſuet. contra tenentem, contra eius Manſuerij
opinionem quotidie practicatur.

Ibi, *Y de los bienes de los defuntos que ſe partieren entre*
ſus herederos. Pro ratione dubitandi noſtri text. in
ijs verbis, & in concluſione ab eis percipienda,
ſcilicet, quòd ex diuiſione bonorum Gabella
non debeatur, obijci poteſt, videbatur enim de-
beri, quia ex emptione & permutatione debe-
tur, *l.* 1. & 2. *titu. praced.* diuiſio tamen, vicem
emptionis † obtinet, *ex. l.* 1. *C. commun. vtri. iud.* 15
permutationiq; ſimilis eſt, *ex. l. cum pater de leg.* 2.
§. *hareditatem*, & permutatio emptioni, *vt C. de re-*
rum permu. l. 2. & *l.* 3. *ff. de contrah. emptione*, ergo
& de diuiſione debebitur, conueniunt enim,
quia ex vtraq; poſſeſſio ſecuta dominium † vel 16
cauſam vſucapiendi præſtat, *vt l. ſi per errorem ff. de*
vſucap. re quoq; euicta vtrobiq; præſtat euictio,
vt l. ſi fratres C. com. vtri. iud. bonæ fideique eontra-
ctus eſt vterque *vt inſt. de actio.* §. *actionum, ita arguit*
gloſ. in d. l. 1. *C. communia vtri. iud.* igitur in noſtrum
propoſitum & Gabellam ex diuiſione deberi
videtur, prout in terminis ſtante ſtatuto, quòd
de omni alienatione ſoluatur Gabella, quòd de-
beat † ſolui etiam pro diuiſione, *ex l. ſi pupillorum in* 17
pri. de reb. eorum, tenuerunt Roma. conſ. 182. *in* 2. *dubio,*
Alber. in prima parte ſtatuto, quaſt. 110. *Ioan. Rainaud. in*
comprehenſ. feudo. §. *praterea ducatus, n.* 15. *vbi diſputat*
quaſtionem, & nihil decidit quorum aliquos refert Tira-
quel. de retract. l. nag. §. 1. *gloſ.* 14 *n.* 77. & 78. & *Laſar-*
te dict. cap. 20. *n.* 46. & *Caſſane. ibi allegatus & Amedeus*
à Ponte, in quaſtio. laudemi. quaſt. 15. vbi & ex ijs in-
ſinuat, ſecundum aliquorum opinionem, ex di-
uiſione † laudemium deberi. Pro ratione tamen 18
decidendi noſtri text. & ſie contra opinionem
Romani & ſequacium, & vt euitentur eontraria
dicendum eſt verius eſſe quòd licet emptioni &
permutationi aſſimiletur diuiſio, *ex dict. l.* 1. *C. cõ-*
munia, vtri. iud. vbi gloſ. ſic arguebat, gloſſa tamen ibi
nimis generaliter locuta eſt, *vt aduertit ibi Paulus*
de Caſtro. nam id verum eſt impropriè & † ſimi- 19
litudinariè, *vt ibi omnes DD. cum Bart. tenent in l. &*
ideo in pri. ff. de condi. furti. ſed omne ſimile non eſt
idem, ergo etiam ſi diuiſio aſſimiletur emptioni,
non debebitur ex diuiſione † Gabella, quia pro- 20
priè diuiſio non eſt emptio, & ſic neq; ex diui-
ſione † laudemium debebitur, *vt inquit Amedeus à* 21
Ponte in dict. quaſtio. 15. *receptiſſimum eſſe*, ex eo quòd
diuiſio non eſt propriè alienatio *in Authentica, de*
litigio. in pri. facitque quia per eam nulla fit tranſ-
latio rei, in nouum emphyteotam † vel vaſſal- 22
lum *ſecundum Feli. in cap. qua in Eccleſiarum in* 8.
declaratione de conſt. Alex. conſil. 185. *numer.* 5. & *ſe-*
quent.

15 *Poſſeßio ſecuta ex permutatione aut venditione dominium, & cauſam vſucapiendi præſtat, num. 16. & enictio debetur vt ibi.*

16 *Gabellam ex diuiſione deberi aliqui & malè aſſeruerunt, num. 17. & nu. 18. an laudemium debeatur, & nu. 20. & 21. & num. 22. aßignatur ratio & nu. 23. & 24. vbi cum num. 25. ampliatur lex noſtra in hoc, quod de diuiſione Gabella non debeatur vt in quacunque bonorum communium diuiſione procedat, & nu. 26. limitatur, & num. 27. reſtringitur limitatio, & num. 35. limitatur lex noſtra, & num. 37. ampliatur, & num. 38.*

17 *Socius vnius ei communis ſi compellit ſocium vt det ſuam pretio iuſto partem vel accipiat ſuam eodem pretio non debetur ex hoc Gabella, num. 28. niſi vt ibi, nu. 29. & 30. & nu. 31. declaratur hæc limitatio, & numero 34. proceditur in hoc ampliatiuè.*

18 *Facti contingentia de duobus ſocijs conducentibus decimas vnius loci ſi poſt vnus alteri ſuam partem relinquat an Gabella debebitur, numero 32. & 33.*

19 *Gabella debetur ex hæreditate vendita, num. 36.*

20 *Lex noſtra non ſolum de prima, ſed & de ſecunda diuiſione intelligitur, numero 39.*

21 *Diuiſio commodè & non per particulas rerum fieri debet, numero 40. & ideo debet pars domus vel fundi contigua alteri parti ipſius cohæredis diuidentis dari iuxta partem illam, num. 41. & 42.*

IBi, QVE NO SE PAGVE ALCAVALA DE LAS COSAS QVE SE DIEREN EN CASAMIENTO. Quo ad patrem, qui ex legis diſpoſitione tenetur omnino filios, & filias dotare *ex l. ſi. C. de dot. prom. & ex l. 8. ti. 11. part. 4.* neceſſaria non videbatur legis noſtræ diſpoſitio; cum ex neceſſaria venditione Gabella non debeatur vt alibi diximus, ſicut nec laudemium,
1 † *vt per Tiraquel. de retract. Linagiel. §. 29. gloſ. 1. num. 4.* & in hoc caſu intelligitur id quod ipſe Tiraquel. *ibidem in §. 1. gloſ. 14. num. 100.* dicit, ſcilicet, quòd dos eſt neceſſaria alienatio, ſed quia plerumque pater dotat filiam in caſu, in quo eam ex legis neceſſitate dotare non tenebatur, & alij quam patres ſolent etiam dotare mulieres, ideo lex noſtra neque ſuperflua, neque inutilis iudicari poteſt, & ratio eius eſt, quia in patribus neceſſitas obligatiua excuſat à Gabella, in alijs vero non obligatis dotare dos ab eis
2 promiſſa † donationi æquiparatur, *vt per Baeçam. de non meliorandis filia. cap. 12. numero 35. vbi & in*
3 *cap. 34. num. 14.* & ex donatis † Gabella non debetur, *vt per Tiraquel. de retract. Linagiel, §. 32. gloſ. 1. nu. 47. & Girond. de Gabel. 11. part. nu. 10.* ideo lex noſtra iuſtè generaliter diſpoſuit, ne ex rebus in dotem datis Gabella debeatur, item & quia ſolent res in dotem datæ æſtimatæ dari, quæ qui-
4 dem æſtimatio in dubio facit emptionem † *ex text. in l. quoties, C. de iur. dot. l. 16. & 18. vbi gloſ. De ſuſo es dicho, titu 11. part. 4. latè Ioa. Guter. conſi. 17.* vbi latè ipſe & ego fundauimus & inter mea conſilia in eadem cauſa ipſe retuli. & quia poſſet dici quòd cum emptionem faciat dotis æſtimatio, & ex emptione Gabella debeatur *ex l. 1. & 2. tit. præcedentis*, videbatur & ex hac eſſe debitam Gabellam, ideo lex noſtra generaliter diſpoſuit nè debeatur, vt caſum magis dubitabilẽ comprehenderet, & quia aliter nihil noui induxiſſet, *vt in eius propoſitum inquit Laſarte de decim. vẽd. cap. 20. num. 35.* ſed & adhuc lex noſtra ſuperflua videtur, nam *lex 1. & 2. titu. præcedentis*, diſponunt generaliter Gabellam deberi ex venditione & permutatione, ſed lex generaliter diſponens non comprehendit dotem nec cauſam dotis niſi de ea ſit ſpecialiter facta mentio, *vt latè tradit Tiraquel. de retract. Linagiel. §. 1. gloſ. 14. n. 91. vſq; ad 107.* ergo neceſſaria non fuit legis noſtræ diſpoſitio, verum tamen quia omni modo & forma meliori debemus à ſuperfluitate excuſare legiſlatorem, dicendum eſt quòd licet ita ſit quòd lex generalis non comprehendit dotem & ſic caſus priuilegiatos & fauorabiles, id tamen verum eſt, niſi in eo tantum caſu, in quo, ea generalis diſpoſitio ſtatuit, habeat priuatum propriumque
† ac ſpeciale priuilegium, ſicuti ſcienter dicit 5
Tiraquel. *vbi ſuprà, nu. 105. dixiſſe Bald. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* ſed cum id in dictis legibus 1. *& 2. tituli præcedentis*, non eſſet dictum neque ſpecificatum, neceſſarium fuit id in lege noſtra declarari & diſponi, & conſequenter non fuit eius diſpoſitio ſuperflua, ſed potius neceſſaria, quæ quidem procedit ſiue mobilis ſiue ſe mouens, aut immobilis ſit talis res in dotem data, *vt inquit lex noſtra*, & hoc dotis fauore, cuius cauſa multa ſunt in iure indulta priuilegia, *vt notat in propoſitum Parlador. lib. 1. rer. cotid. cap. 3. §. 6. nu. 42. & iam eſt num. 4. & eo relato Laſarte dict. cap. 20. num. 40.* vbi *nu. 41.* inquit hac de cauſa DD. voluiſſe, non
valere ſtatutum, quòd de dote † ſoluatur Gabel- 6
la, etiam ſi Caſſaneus, *in conſuet. Burg. tit. de Gabellis, n. 11.* aliud velit: ego tamẽ ex dictis ſupra ſequor
illam decidendi rationem † ad legem noſtram, 7
ſcilicet, quòd ex dote non debetur Gabella, vel quia ſi ex neceſſitate per dotantem debetur dos, ex cauſa neceſſaria Gabella nõ debetur, ſi vero dotans nõ erat obligatus dotare donat, & ex donatione Gabella non debetur, ideo iuſta eſt diſpoſitio noſtræ legis, quæ & ampliatur ſecundo, vt non ſolum procedat quando in ipſa dotis cõſtitutione, & promiſſione à principio æſtimatio rerum dotalium ſit, ſed etiã eo caſu, quo à principio fuerit pecunia in dotẽ promiſſa, & poſtea
(vt fieri ſolet) res æſtimatæ † loco pecuniæ datæ 8
fuerint, nam quamuis & hæc traditio rerũ loco pretij à pri. pro dote conſtituti veram emptionẽ efficiat *ſecundũ Couar. in pract. cap. 28 n. 1. verſ. ſecundo apparet & Gutierrez vbi ſuprà*, adhuc nõ debebitur Gabella ex ea, quia eo quoq; caſu verum eſt dicere res illas æſtimatas in dotẽ datas eſſe, prout & tunc verificantur verba noſtræ legis, *que ſe dieren en caſamiento, vt tenet Parlador. lib. 1. rer. quoti. c. 3. §. 6 n. 42. ſecundum antiquam impreßionem, & ſecundum nouam eſt in n. 4. & eo relato Laſarte dicto capit. 20. n. 36. vbi pro hoc conſiderat text. in l. 2. verſ. mulier dotem, ff. de dote prælegata*, vbi cum pecunia eſſet in dotẽ promiſſa, fundos qui poſtea pro quantitate promiſſa dotis viro dati ſunt, expreſſe dicit. I. C. in dotẽ datos. Diuerſũ autẽ eſſe inquit ipſe Laſarte *ibi nu. 37.* ſi poſtquã ſemel data dos eſſet in rebus dotalibus abſq; vlla ęſtimatione poſtea ex inter-
uallo de dotis cõmutatione † inter coniuges cõ- 9
ueniſſet, eo quòd mulieri vtile eſſet, nẽpe, ſi conueniãt quòd pro ſundo dato, centũ, aut alia certa quantitas in dotẽ eſſet, *iuxta tex. in l. ita cõſtante cũ l. præced. ff. de iur. doti. & l. ſi mulier ff. de pact. dot. cũ ad ea adductis per Tira. de retract. Lin. §. 30. gl. 1. n. 18. & 19* in

hoc

28 vendiderit an & pullus eius † venditus cenſea-
tur, & in hoc omnes dicunt, quòd ſi pullum ha-
beat in vẽtre vel ad mammillas venit cũ matre
vendita. Sed ſi iã ſeparatus erat ab ea & herbã iã
paſcebat non veniet *vt per Anto. Gom. vbi ſup. n. 14.*
Ibi, *Ni de la moneda amonedada*, ſiue ſit aurea, ar-
gentea, ſiue ærea, nam omnia hæc pecuniæ ap-
29 pellatione continentur † & non ſine myſterio
lex noſtra huic verbo *moneda*, addidit, *amonedada*,
quia ſi ſolo verbo, pecunia vſa fuiſſet, eius appel-
30 latione omnem rem † contineri dici poſſet, *ex l.*
pecuniæ appellatione 4. in ordine ff. de verb. ſig. vbi DD.
maximè Rebuſ. & ad hæc excludenda addidit lex
noſtra, *amonedada*, id eſt numerata, vt de ſola pe-
cunia numerata intelligeretur, nam ſi in lege
vel ſtatuto fiat mentio de pecunia numerata, vel
31 dicatur numerare, intelligitur de nummis, † *l. ſi*
ventris in fi. ff. de priuileg. credito, notat Rebuſ. vbi ſuprà,
pag 51. vbi *in verſ. ego puto,* inquit ſe putare, pecu-
niæ nomen intelligi debere pro ratione mate-
riæ, ſi materia ea ſit, vt comprehendat omnes
res, tunc pecuniæ nomine omnes res intelligen-
tur. Si autem referatur ad pecuniam numera-
tam de ea intelligendum erit, maxime quando
vſus communis is eſſet intelligendi & loquen-
di, nam tunc etiam propriæ ſignificationi voca-
buli eſſet præferendus, *ex l. Labeo. ff. de ſupellect.*
legat. Sed quia poterat eſſe dubium an verbum,
pecunia, noſtri text. ad omnes res, vel ad nume-
ratam applicaretur ideo lex noſtra adiecit, amo-
nedada, vt de ea tantum, intelligatur, & non de
alijs rebus, *& ita ſuccinctè conſiderauit Laſarte. dict.*
cap. 20. numer. 31. in pri. ſed quomodo verificari
poteſt, ex pecunia numerata non deberi Gabel-
lam, dic quòd cum do decem pro tali re, & ſic
quando pecunia ſoluitur numerata pro merce-
de aliqua *vt voluit Laſarte vbi ſuprà, cap 17. num. 19.*
Ibi, *Ni de los libros aſſi de latin como de romance,* &
32 inſtè quidem, nam & libris, † ſicut & bello reſ-
publica, imo & totum mundum defendimus,
imperatoriam enim maieſtatem non ſolum ar-
mis decoratam, ſed & legibus ornatam eſſe
oportet, *vt in pri. inſtitutionum, inquit iuris conſultus,*
cumque maieſtas imperatoria legibus oporteat
eſſe armatam, manifeſtum fit, & libris in quibus
leges ſunt ſcriptæ ornatam eſſe oportere, & ſic
ſuam perſonam defendere; quiquidem libri cum imperatorem aſſocientur, & bellare cum eis dicamus, nimirum ſi ab omni Gabella ab omni pedagio & portorio ſint immunes, præſertim cum *ex l. 16. tit. 5. p. 2.* ſtatutum ſit reges curioſos eſſe debere in ſcientijs addiſcendis, *prout plures fecerunt, & plura refert in propoſitum Rhedin. in tract. de Maieſt. prin. §. ſed etiam legibus oporteat eſſe armatam, volum. 16. tracta. diuerſ. docto & noſtram legem in hoc allegat Did. Per. in l. 22. titu. 4. lib. 4. ordin. & Laſarte de decim. vend. ca. 20. num. 32. & Gironda de Gabel. 7. part. §. 1. num. 15.* quòd ſi libris prærogatiuæ hæ conceduntur, authoribus eorum quæ non concedenda forent? & quibus præmijs non afficiendi, præſertim illis qui magna & reip. ac regno conuenientia perfecerunt volumina, prout ego Dei miſericordia perficio, tot commentarijs regiam noſtram copilationem ornando & declarando, & quaſi mortuis verbis vitam declarationibus congruentibus & veris opinionibus præbendo, ſed hiſce temporibus gaudent vtique Reges principes ac magnates, ſapienteſque viri & literis diditi hæc videre, ſed præmio authores afficere obliuiſcuntur, alios fortaſſis præmiando, qui neque hæc fecerunt neque vnquam intentauerunt facere, ferenda tamen hæc ſunt, quia ab antiquis temporibus ſic ſcriptum etiam & factum videmus, *vt alias dixi in epiſtola ad lectorem in lib. 6. ſuprà eodem.*

Ibi, *Ni de falcones ni de açores, ni otras aues de caça,* eam ad hoc allegat Gironda *de Gabel. 7. part. §. 1. num. 14. & Laſarte de decim. vend. capi. 20. num. 33.* vbi id intelligit ſiue ab alijs partibus aſportentur ſiue in ijs regnis nutriantur, & de hoc nulli dubium, quia lex noſtra generaliter loquitur, & ſic generaliter eſt intelligenda: & rationem legi noſtræ aſſignat ipſe Laſarte, ſcilicet, quia honeſta aucupij delectatio perſimilis eſt rei bellicæ, ac proinde etiam fauorabilis, verumenim vero nihil rei bellicæ commune habere id exiſtimo, & ideo non hac de cauſa immunitatem Gabellæ conceſſam fuiſſe credo, ſed quia aucupia de ſe nobilia iudicari poſſunt, quia ſubditos capiunt, & maxime & à communiter accidentibus regum & magnatum deliciæ ſunt.

LEX TRIGESIMA-QVINTA.
SVMMARIVM LEGIS.

Gabella non debetur de rebus in dotem datis, neque de hæreditatum partitionibus etiam ſi pecunia interueniat vt æqualitas inter eos ſeruetur.

SVMMARIA.

1 *Gabella neque laudemium non debetur ex neceſſaria venditione, numero 1.*
2 *Dos data ab illo, qui dotare non tenebatur donationi æquiparatur, numero 2.*
3 *Gabella non debetur ex donatis, numero 3.*
4 *Æſtimatio rei dotalis in dubio emptionem facit, n. 4.*
5 *Lex generalis non comprehendit dotem & caſus priuilegiatos & fauorabiles, niſi vt numero 5.*
6 *Dotis fauore multa sũt introducta in iure vt in eo, n. 5.*
7 *Statutum non valet diſponens, quòd de dote ſoluatur Gabella, numero 6.*
8 *Ratio decidendi ad noſtram legem, numero 7.*
9 *Gabella ex dote non debetur ſiue detur res mobilis ſe mouens aut immobilis, ſiue à pri. in pecunia conſtituatur dos & ex poſt facto ſoluatur in rebus æſtimatis, num. 5. & 8. niſi vt num. 9. & num. 10. contra hanc limitationem tenet Author.*
10 *Mutuanti pecuniam ſi poſtea detur ſpecies pro ea mutuum adhuc eſt neque debetur Gabella, nu. 11.*
11 *Pactis in contractu appoſitis non cenſetur per quæcunque verba derogatum, numero 12.*
12 *Gabella non debetur ex re data ſoluto matrimonio pro pecunia in dotem allata, numero 13.*
13 *Gabella non debetur ſi maritus eligat reddere rem dotalem datam æſtimatam à principio matrimonij, numero 14.*
14 *Diuiſio hæreditatis vicem emptionis obtinet permutationiq; ſimilis eſt, numero 15. & numero 19. declaratur eum ſequent.*

15 *Poſſeſſio*

25 præcedentia ſed ad proximiorem † orationem
& ad proximiora verba refertur, etiam ſi adſit
dictio repetitiua vel copulatiua, *l. qui fundum ff. de*
contrah. emp. l. Seia. §. Caio. ff. de fund. inſtr. Tyber.
Decia. reſpon. 17. num. 34. *volumine* 1. clauſulaque
26 generalis ſubſequens non comprehendit † ea
de quibus erat expreſſa facta mentio, *Decia.*
reſp. 19. *nu* 110. *volum.* 3. in præſenti tamen ora-
tio illa, ni cauallos, iunctis verbis præcedenti-
bus perfecta eſt oratio, & perfectum ſenſum ha-
bet, ſcilicet, ne ſoluatur Gabella de equis, ſicut
nec de pane cocto, ergo verba illa, *enſillados y en-*
frenados, non ad omnia præcedentia ſunt refe-
renda, ſed ad proximiora. Tertio, *l. illa* 2. *§. fin.*
tit. 17. *lib.* 6. *ſuprà*, pro hac noſtra opinione facit,
nam in illis verbis, *agora los vendan enſillados y enfre-*
nados o en cerro, non loquuntur nec diſponunt de
equis vel equabus domitis, ſed de indomitis, &
ſic de nouis equis nondum domitis, ergo circa
domitos nihil ibi diſponit, ſed potius relinquit
in diſpoſitione iuris, imo cum ibi diſponat de
prima venditione equorum in domitorum non
deberi Gabellam, ſiue ſint venditi cum fræno
& ſella ſiue non, de alijs vero venditionibus ſic,
ergo de domitis nunquam debebitur, neque pro
prima neque ſecunda vel vlteriori venditione,
ſiue ſint venditi cum fræno & ſella ſiue non,
quia ſi ita non eſſet nulla ibidem conſtitueretur
ſpecialitas in indomitis, neque priuilegium, &
ſic lex illa expreſſa mihi videtur, pro hac opi-
nione, quam quam poſt hæc vidi etiam cum Me-
xia tenuiſſe Gironda *de Gabel* 7. *part.* § 1. *n* 22. ve-
riorem eam dicens & cõſuetudine approbatam
vidiſſe, aſſero tamen plurimum circa hæc opitu-
lari conſuetudinem loci, Ex quibus infero quòd
ſi equus vendatur dum ornatus exiſtebat ſella
& fræno, etiam ſi expreſſe dicatur quòd ipſe ſo-
lus, & non ſella & frænum vendita cenſeantur,
27 non debebitur Gabella, † quia cũ ex dictis equo
ipſi & caballo priuilegium concedatur neque
requiritur, quòd cum fræno & ſella vendatur vt
liber ſit a Gabella, non eſt de ſubſtantia ad hanc
excuſationem, quòd ſella & frænum etiam ven-
dantur, vel non, quid quid voluerit Laſarte *dict.*
cap. 10 *nu.* 25 imo & fortius teneo, quòd etiam ſi
mula & mulus vendantur ornati fræno & ſella
ſi frænum & ſella excipiantur in venditione
28 non debebitur Gabella, † quia lex noſtra non
requiritur ad Gabellæ excuſationem, quòd cum
eis etiam vendatur ſella & frænum ſed quòd
tunc cum venduntur ſint eis ornata & quòd an-
tea ſellæ deputata fuerint mula, & mulus, &
aliud dicere eſt verba inſpicere non vero corti-
cem & ſubſtantiam eorum, neque ita ſtrictè, &
vt Iudaicè DD. dicunt, ſunt verba legis intelli-
genda prout iacent, præſertim cum à principio
omnia à Gabellæ ſolutione eſſent libera, niſi re-
gni conceſſio adeſſet, & quia id quod principale
eſt attenditur, ſcilicet, mula & mulus, non vero
acceſſorium frænum & ſella, præſertim cum
fræni & ſellæ venditorum de per ſe Gabella de-
beatur, *ex l.* 38. *infra eod* Sic neque de equo pullino
vberibus matris adſtricto cum equa venditur
29 debebitur Gabella, † quia partus ſequitur ven-
trem & acceſſorium naturam ſui principalis,
quod ſecus ſi à matre eſſet ſeparatus herbam
paſcens & indomitus, quia tunc de eo ſoluere-
tur Gabella *ſecundum Laſarte vbi ſuprà, num.* 24. *& ſic*
intelliges dicta per Mexiam in pragm. taſſa, pan. conclu. 1.
gloſ. 1. *n.* 40. *fol.* 17. quia cum lex noſtra de caballis
loquatur, de domitis loquuta eſt, non vero de in-
domitis quia de indomitis † Gabella debetur, 20
etiam pro prima vẽditione niſi in locis vbi pra-
cticatur diſpoſitio. *l.* 2. *tit.* 17. *lib.* 6. *ſuprà vt ex §. fin.*
ibid. deſumitur, & probatur per argumentum ab
ſpecialitate ſumptum, quod eſt in iure validum.

Ibi, *Ni de mulas ni machos de ſilla*, ad hoc eam con-
ſiderat Gironda *de Gabel.* 7. *part.* § 1. *nu.* 18. & La-
ſarte *de decim. vend. cap.* 20. *n.* 28. *&* 29. vbi idem di-
cit eſſet diſponendum de bobus aratorijs, & iu-
ſte, ſed cum lex noſtra id non diſponat de eis, ne-
que de alijs animalibus quam hic expreſſis † lex 21
noſtra non eſt intelligenda, nec ad alia exten-
denda, vt aduertit Laſarte *vbi ſuprà dicta nu.* 30. iti-
dem & aduerte ad verba noſtri text. *ibi de ſilla*, ad
ſciendum quod ſi ante venditionem mulæ mu-
liue, ſellam non portabant ſed clitellam non ex-
cuſabuntur à Gabella, † etiam ſi tempore ven- 22
ditionis cum fræno & ſella vendantur, quia hæc
eſt qualitas adiuncta verbo & ſic debet adeſſe
tempore venditionis, & ſic verbi cui adiungi-
tur, & ideò in mulis & mulabus hæc duo requi-
runtur vt Gabella excuſetur, ſcilicet, quòd ante
venditionem eſſent ſellæ applicata & quòd
vendantur ornati † cum fræno & ſella, licet non 23
requiratur quod in ſimul cum eis frænum &
ſella vendantur, *vt diximus in gloſ. præcedente.*

Ibi, *Enſillados y enfrenados.* Tempore venditionis,
intellige, & verba hæc ad mulas & mulos ven-
ditos referas non vero ad equos, neque requiri-
tur frænum & ſellam vendi prout hæc in gloſſis
præcedentibus diximus ſed eſt quæſtionis an
vendito equo vel mula aut mulo, cenſeantur
vendita frænum & ſella & ornamenta † quæ 24
habent tempore venditionis, & in hoc ſi aliquid
ſuper hoc per partes conueniatur conuentioni
ſtandum eſt, ſed ſi nihil eſt dictum tunc in dubio
equo vendito capiſtrum ſella & frenum quibus
cum eſt tempore venditionis, vel biduo ante or-
natus erat equus, vel mula aut mulus vendita
cenſentur, tanquam acceſſorium principalis, ſed
ſi nulla ornamenta tunc habeat, vel biduo non
habuit, non cenſentur vendita, *ex text. quem ad hoc*
allegant omnes DD de hac re loquentes in l a diles la. 2. *in*
principio, & in §. vendendi autem cauſa, ff. de ædil. edict.
quem ad hoc ibi notant DD. & Iaſ. in §. actionum, nu. 28.
inſt. de actio. Rebuſ. in l. licet capitales 103 *pag.* 604. *in*
medio. ff. de verb. ſig. Anto. Gom. tom. 2. *Var. c.* 2. *n.* 15. *Ce-*
pola de ſeruitu. ruſt. cap. 4. *n.* 65. *& Hippoli. Bona coſa in*
tracta. de equo & caballo. 1. *part. quæſt.* 24. *&* 38. *& La-*
ſarte de decim. vend. ca. 20. *num.* 27. *& Tiber. Decia. reſ-*
ponſo 51. *num.* 52 *volum.* 2. *& Oroſci. in l. ſi inuium §. ta-*
bularum, nu. 74. *columna* 745. *ff. de edend & iterum in l.*
de quibus nu. 93. *columna* 186. *ff. de legib.* vbi inquit id
potius de iure quam de conſuetudine eſſe, adeo
vt etiam pretioſiora, ſecundum eum ibi veniant
ſi eis ornatus eſt, † imo vt ibi dicit redhibitoria 25
intra. 60. dies proponi poteſt, propter non red-
dita † ornamenta, & hoc niſi aliud ſit conſuetu- 26
dine introductum *ſecundum Anto. Gomez, vbi ſuprà*,
vel niſi ornamenta illa haberent arma † vendi- 27
toris, nam tunc non venirent, *ſecundum Hippolit.*
Bona coſa vbi ſuprà in dict. quæſt. 38. *ex Curtio in tract.*
de conſuet. n. 9. ſed quid ſiquis equam vel vaccam
vendi-

id non adimplenerint reſiſtunt iuſtis mandatis,
& ſic delinquunt, & conſequenter incarcerari
poſſunt,& quia nullum alium congruentius re-
medium reperiri poteſt,vt promiſſa adimpleãt,
ideo nimirum ſi incarcerentur, ſi non adimple-
uerint, præſertim cum regulariter piſtrices hæ
in foro publico vendentes viles mulieres ſint
& pauperes, & quæ alio modo compeſci adhoc
non poſſunt, & poſt hæc Caſtillo, ſequens La-
ſarte has refert & alias rationes, *vbi ſuprà, nume-
ro 70. & 71.*

Ibi, *ni de los cauallos*. De equo & caballo plures
quæſtiones per modum tractatus propoſuit
Hippolytus Bona coſa,*in tractatu, de equo ſiue cabal-
lo, in ſecunda parte tomi ſexti, tractat. diuerſorum Docto-
rum, ſecundum nouam impreſſionem eorum,* vbi ex Cœ-
lio Rodigino aliqua deſcripſit in principio, cir-
ca equorum ferocitatem, & vtilitatem, & quis
primo equum aſcendit, & de aliquibus equis
ſingularia retulit dictu,quæ cum non ſint ad de-
clarationem noſtræ legis neceſſaria omitto ea,
de quibus & per Plinium, *libro octauo, capitulo 42.*
& quomodo boni equi dignoſcantur *tradit Vir-
gil. in Geor.* in hæc verba,argutumque caput,bre-
uis aluus,obeſaque terga,& quatuor in equo eſ-
ſe inſpicienda,*tradit Iſidorus,in libro 12. Etymologia-
rum ca. 1. vt ibi per eum*, & infirmitates equorum
& curam eorum deſcripſit *Petr. de Creſcentijs, de
commodu ruralium, lib. 9* quæ per ipſos videbun-
tur:ex quibus quo ad noſtram legem ſolum no-
tare licet legem noſtram ob id ex venditione
equorum ſtatuere Gabellam non debere, quia
9 nimis neceſſarij † ſunt ad bellorum vſum,& ad
iuuamen hominum, & quia ſic placuit legiſla-
tori, & cum de equis lex noſtra meminerit, eo-
rum appellatione, ne dum equus, ſed & ronci-
10 nus quoque & ſi qua ſunt alia † iſtius ſpeciei
animalia, continentur, quia licet in corpore &
ſtatura differant ſecundum plus vel minus non
dicuntur in genere, vel in ſubſtantia differre,
*argum. tex. in l. fin. ff. de fund. instruct. & l. Scapham.
ff. de euictio. & aduertit Mexia, in l. de Toledo 2. part.
fundamento 4. num. 10. quem ita tenens refert Laſarte
de decim. vend. capit. 20. numero 16. etiam ſi Gironda
de Gabel. 7. part. §. 1. numero 24. & 25.* aliud velit
& male,& ſic eſt intelligenda,*l. 6. titulo 15. part. 7.
quam ibi allegat Laſarte*, ad dicendum quòd equus
& rocinus differunt, nam hæc differentia con-
ſideratur reſpectu corporis & ſtaturæ non ve-
ro reſpectu ſubſtantiæ, nam equulus diminuti-
11 uus eſt † ab equo, *l. eum qui §. item ſi iumento* ibi
quorum ſequela erat equulus, ff. de furt. nam *ſecundum
Bald. in l. de quibus ff. de legib.* illa ſimilia dicuntur
quorum ſunt termini diuerſi,vna vero ratio vel
qualitas, imo & vt optimè aduertit Laſarte *in di-
cto numero 16. & Gironda vbi ſuprà, numero 21. & 22.*
12 idem dicendum eſt in equabus † venditis, ex eis
enim non debetur Gabella, tum quia maſculi-
num concipit fœmininum *ex l. ſi ita ſcriptum in
pri. ff. de leg. 2.* quæ & in priuilegijs locum ha-
bet, *ſecundum Tiraquel. de retract. Linagiel. §. 1. gloſ.
9. numero 207. & id etiam probari inquit Laſarte ibi ex
l. ſeruis legatis, §. fin. & l. qui duos de leg. tertio,* & quia
eadem eſt ratio, & maior in equabus, ſicut in
equis quia maiorem ſuſtinent laborem, quam
equi, *vt ibi aduertit ipſe Laſarte, numero 17.* inquit
tamen, ibi ipſe Laſarte, *numero 18.* id intelligen-
dum eſſe dum tamen equus & equa vendantur
cum fræno & ſella, idque deducit ex verbis ſe-
quentibus, *enſillados y enfrenados*, volens verba hæc
referenda eſſe non ſolum ad verba proximè
præcedentia, *de las mulas y machos de ſilla*, ſed etiam
ad antecedentia ante hæc, *ni de cauallos*, hoc fun-
dans, tum ex eo quòd dictio illa, in,eſt copulati-
ua, & ſic coniungit omnia hæc,ſcilicet, *cauallos
mulas y machos*, tum etiam quia clauſula ſequens
ad omnia præcedentia videtur, referenda tum
etiam ex text. *in l. 2. in §. fin. titulo 19 libro ſexto,
ſupra* ibi, *agora los vendan enſillados o enfrenados,* & ita
inquit ipſe Laſarte ibidem, eſſe communem
praxim & conſuetudinem intelligendi verba
hæc. Ego tamen, ſalua eius pace † aliorumque 13
idem quòd ipſe ſentientium, teneo legem no-
ſtram in equis & equabus venditis non requi-
ri ad excuſandam Gabellam quòd vendantur
cum ſella, & fræno, ſed ſufficere ſine eis vendi,
con vn ſolo mueſſo o bocado, vt Gabella non debeatur
ex tali venditione, cum Mexia *vbi ſuprà, num. 34.*
ex eiſdem fundamentis, quibus ipſe Laſarte ſe
fundat,& primo,quia ſi dictio illa,in,eſt copula-
tiua,de natura copulatiuæ eſt inter diuerſa poni,
vt eſt gloſ. & ibi omnes in l. prima, ff. de iuſt. & iur. ſed
cum vt diuerſa ponantur in præſenti equi à mu-
labus & mulis, diuerſa eſt ratio in vnis quam in
alijs conſideranda, ita vt in equis non requira-
mus qualitatem illam, *Enſillados y enfrenados*, in
mulis & mulabus vero ſic, & ad oculum expe-
rientia, quæ eſt rerum magiſtra id patet, nam
equi à communiter accidentibus plus ſeruiunt
ſellæ & fræno, quam muli & mulæ, imo potius
muli & mulæ à magis communiter accidenti-
bus, clitellæ,& non ſellæ & fræno applicantur,
ergo diuerſum debet eſſe ius,& ſic lex noſtra id
præſentiens,cum loquitur de mulis & mulabus
addit,de ſilla,quod non addidit verbo illi, caual-
los, cum ergo hanc qualitatem addiderit mulis
& mulabus non vero equis, verba illa ſequen-
tia, *que ſe vendieren y trocaren enſillados y enfrenados,* ad
mulas & mulos voluit referre, non vero ad
equos, item quia dictio illa,ni diſiunctiuè poteſt
hic conſiderari, cum plerumque copulatiua
† pro diſiunctiua ponatur, *ex text. & materia in l.* 14
fin. C. de verb. ſign. & id deducitur ex text. noſtro
& probatur clarè,in illis verbis, *que ſe vendieren y
trocaren,* nam in eis copulatiuè loquitur lex no-
ſtra, per dictiunem illam, y latinè & quæ copu-
latiua eſt,ſed venditio & permutatio non poteſt
regulariter in eodem ſubiecto conſiderari, ne-
que eſt copulanda venditio cum permutatione
in ſimul in caſu noſtri text. ſed potius venditio,
& permutatio de per ſe conſiderantur, ita vt ſi-
ue vendatur equus, ſiue permutetur non debe-
tur Gabella, ergo fatendum eſt neceſſario in
præſenti copulatiuam illam,y,diſiunctiuè appo-
ni,& idem dicendum erit de dictione illa,ni, ita
vt licet quoad Gabellæ excuſationẽ lex noſtra
æquiparet panẽ coctum & equus & caballos, &
mulos & mulas venditos cum ſella & fręno,vel
permutatos, & alia de quibus in ea, tamen non
æquiparat,vt in omnibus eadẽ qualitas requira-
tur, ſed diuerſa & vnũ quodq; verbũ ſtet de per
ſe.referẽdo ſingula ſingulis. Secundo,quia quo-
ties clauſulæ multæ habẽt ſenſũ integrũ & ora-
tionẽ perfectam clauſula ſequens non ad omnia

Gabella etiam ſi dicatur quòd ſolus ipſe & non ſella & frænum venditur, numero 17. & 18.

21 *Gabella debetur ex fræno & ſella de per ſe venditis, numero 19.*

22 *Gabella non debetur ex equo pullino vberibus matris adſtricto ſi cum matre vendatur, numero 20.*

23 *Lex noſtra ad alia animalia quam in expreſſa non extenditur, numero 21.*

24 *Gabella debetur ex venditione muli aut mulæ etiam cum ſella venditorum ſi antea ſolita erant portare clitellam non vero ſellam, numero 22. & 23.*

25 *Equo vel mula venditis an cenſeantur etiam vendita ſella & frænum, nu. 24. 25. 26. & 27. limitatur.*

26 *Redhibitoria agi poteſt ſi intra. 60. dies ornamenta, quibus equus vel mula aut mulus vendita ſunt, non reddantur, numero 26.*

27 *Vendita equa vel vacca an & pullus eius venditus cenſeatur, numero 28.*

28 *Pecuniæ appellatione veniunt aurea, argentea vel ærea, & omnis res, niſi dicatur pecunia monetata, numero 29. & 30.*

29 *Mentio vbi ſit de pecunia numerata intelligitur de nummis, num. 31. vbi declaratur & intelligitur.*

30 *Libris ſicut & Bello defenditur Reſp. & totus mundus, numero 32.*

IBi, De pan cozido, vt principalius prius ponitur in lege noſtra, & late eius ſignifica-tio accipienda eſt ſcilicet, vt comprehendat non ſolum panem coctum ex tritico & fari-na eius factum, verum ex hordeo, vel ex mayz
1 † apud Indos & in noſtra Hiſpania apud deſcen-dentes ex Maurorum gentibus, ex ijs enim non debebitur Gabella quia panis eſt & coctus, vt benè legem noſtram intelligere voluit Laſarte, *de deci. vend. cap. 20. num 4.* vbi *num. 5.* id adeo ali-quos velle, & male, extendere dicit voluiſſe vt & de paniculis ſalis non deberetur, ſed fallun-tur in hoc quia ſal non eſt panis, licet ex ſale cocta fiant paniculi illi, & ſic fuiſſe iudicatum & bene aſſerit Laſarte *ibi*, & poſt hæc ſcripta eum referens ſequitur Caſtillo, *in politica de corre-gidor, lib. 3. ca. 3. num. 58.* & conſideranda eſt dictio noſtri text. cozido, quaſi non idem ſit ſi in maſ-ſa antequam coquatur vendatur: nam debebi-
2 tur Gabella, † quia panis coctus requiritur à le-ge noſtra, & cui verba non conueniunt non conuenit diſpoſitio, *vt in propoſitum tenet Caſtillo, vbi ſuprà, num. 58. in medio ſequendo Gironda de Gabellis, 7. part. §. 1. num. 16.* vbi *num. 17.* inquit legem no-ſtram in artocreis & paſtillis, & ſtribilitis, quæ de maſſa frixa fiunt, quod *buñuelos y fruta de ſarten y vizcochos*, appellamus eſſe intelligendam & procedere vt de eis Gabella non debeatur, cu-ius contrarium tenet Salazar, ſequutus & rela-tus per Caſtillo *in dicto num. 58* ego opinionem Girondæ in artocreis & paſtillis quia ex pane cocto fiunt admitterem, in illis vero *buñuelos y*
3 *fruta de ſarten* non admitto, † quia deficit qualitas cocturæ, neque coquuntur, ſicut & non extendi neque intelligi legem noſtram in pane cocto cum realia mixto ita vt in aliam tranſeat ſpe-ciem, quam panis cocti, nouumque nomen ſor-tiatur, veluti ſi ouis, ſaccaro melle, oleo aut bu-
4 tiro, vel alijs rebus conditus † ſit, inquit & tenet Laſarte *dicto cap. 20 num. 6.* vbi *à num. 8. vſque ad 15. excluſiuè* proſequitur quæſtionem, de qua quoti-die interrogaueris, an ſcilicet, piſtrices, hoc eſt *panaderas*, debeant Gabellam ſoluere ex tritico eis per alium dato, vel ex annona publica
† ſumptus, vt tot panes reddat pro faneca, in hac 5
enim quæſtione alij dicebant, Gabellam debe-ri, alij vero nullam, & in facti contingentia di-ſceptatum vidi & ego conſilium præbui, in hunc modum, ſcilicet, quòd ſi piſtrices hæ triti-ci fanecam recipiebant vt tantummodo in pa-ne cocto eam redderent domino pro ſuſtenta-tione ſua, vel annonæ publicæ vt pro ipſa an-nona per eius adminiſtratorem venderetur, pro publica ſuſtentatione, tunc vtique nulla debe-batur Gabella, à domino vel annona etiam ſi conuentum eſſet vt tot panes mihi ex faneca tritici mei redderet, quia in ijs caſibus, neque eſt emptio, quia non interuenit pecunia, neque eſt permutatio quia non do vt aliud mihi des, ſed ex eo quòd meum eſt præbeas panem coctum, & ſic pars rei meæ, licet mutatæ, reddatur, ad quòd conſiderat Laſarte, *vbi ſupra, nu. 3. text. in l. ſi tibi aree. ff. de præſcripi.* verbis, *ibi* cum aream meam tibi dediſſem eo pacto, vt inſula ædificata, partē eius mihi redderes, Iulianus ait emptionem non eſſe, quia pretij loco partem rei meæ reci-pio, & ibi verbum emptionem, omnem & benè, contractum includi inquit ibidem ipſe Laſarte, ſed re vera lege aliqua non egemus in hoc caſu, ſed viua ratione, ſcilicet, quòd id quod tibi trado idem mihi reddis, & ſic ego ex traditione iſta, per quam res illa tua non ſit, ſed mea remanet, Gabellam non debeo, neque tu itidem debebis, quia meum quod eſt reddis, & non tuum, & tu ex labore tuo non debes Gabellam, & ſic clarū eſt annonam & piſtrices in hoc caſu nullam de-bere, *vt tenet Caſtillo, in dicto numero 58. in prin.* ſicut ſi ſartori alicui tradidiſſem pannum vt ex eo mihi faceret pallium aut caligas, ſiue aliud quid, neque ego debeo Gabellam, neque ſartor, † quia nihil hinc inde recipimus ſed quod eſt meum mihi præbes, licet mutata forma, ſed ſi piſtrices hæ ex annona publica reciperent triticū & pro
eo tot nummos redderēt pro qualibet faneca, & 6
ex ea panes coctos ab ipſa † confectos venderet publicè & in platea publica vt ſuos, tunc vtique Dominus tritici & annonæ deberet Gabellam ex tritici venditione, quia verè tunc venditio
eſt, cum piſtrices ipſæ in hoc caſu ſuum efficiant 7
triticum, licet cum obligatione vendendi panes coctos ab inde profectos pro publica ſuſtenta-tione, & pretium abinde interueniat, ipſę tamen piſtrices nullam debebunt Gabellā, quia emp-tores ſunt tritici illius, & ex pane cocto ab eis vendito nullam ex lege noſtra teneantur ſolue-re Gabellā, & ſic quæſtionem hanc multo ante-quam Laſarte, & Caſtillo ſuas in publicum pro-ferrent ſententias conſului & alij conſuluerūt, & eſt vera hæc reſolutio & diſtinctio: & quare tunc piſtrices incarcerentur ſi non adimpleant ex parte ſua panem ipſum coctum ex tritico illo † publicè vendendo, ſed ſibi potius retinendo, Laſarte *vbi ſuprà n 9. & 10.* duas aſſignabat ratio-nes, ſed eam ego eſſe crederē ſcilicet, quia iuſti-tiæ mandata non adimplent, iuſtitia enim, & ſic
rectores deputati pro annonæ adminiſtratione 8
eis iubent vt tali die panem illum in forum pu-blicum adducant, vt omnibus vendatur, & cum

id non

De los comendadores, & de ijs ordinibus meminit
1 † Volaterranus *in ſuis cõmentarijs lib. 21. c. 10. & Petrus Gregorius in Syntbagma iuris. lib. 15. ca. 33. cũ 2. ſeq.*

Ibi, *Sant. Ioan.* hi veri religioſi ſunt, *vt diximus in. l. 14. titulo quinto, libro tertio, recopilatio. & Petr. Greg. in Synthag. iuris lib. 15. cap. 34.*

LEX DECIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Gabella non debetur ab extractis à Maurorum terra ex prima eorum venditione.

SVMMARIA.

1 *Venditor rei alienæ de qua Dominus non debet Gabellam non debebit vendens eam, num. 1.*
2 *Immunitas conceſſa ſimpliciter intelligitur eſſe perpetua, numer. 2. niſi aliud ſit dictum, num. 3.*
3 *Lex 2. C. de diuerſis reſcrip. licet loquatur in reſcriptis iuſtitiæ procedit etiam in literis gratioſis, nu. 4.*
4 *Priuilegia quam latiſsimè licet interpretari, num. 5.*

IBi, ELLOS, O OTROS POR ELLOS, Hic habes tex. expreſſum probantem, quòd vendens alieno nomine rem aliquam alicuius perſonæ exemptæ à Gabellæ ſolutione nul-
1 lam † debet Gabellam, quam ad hoc allegat Laſarte *de decim. vend. capitulo 15. nu. 9.* & nos diximus alia *in l. prima in gloſſa Vendedores, tit. 17. ſuprà eodem.*

Ibi, *Que eſto ſe entienda de la primera venta*, ſed nonne beneficium principis debet eſſe manſurum & ſic in perpetuum valere, & hoc quidem fatendum eſt, *ex capitulo decet de regul. iur. in ſexto. l. beneficium ff. de conſtit. princ.* & immunitas conceſſa
2 ſimpliciter intelligitur eſſe perpetua, † *ſecundum Alberi. in l. cum quidam in fin. ff. de annuis legat.* ex quo beneficium conceſſum incarceratis cenſetur in perpetuum extendi, *vt per Signorol. conſil. 97. nu. 11. & Pet. Pekium, in ca, regul. decet,* vbi alia ipſe & alij adducunt in propoſitum, quæ licet vera ſint, fallunt tamen, & non procedunt quoties aliud in priuilegio eſt determinatum, nam tunc illud
3 ſeruandum eſt, licet † temporale, & ad tempus concedatur, *ex text. in. l. 2. C de diuerſ. reſcrip.* qui quidem licet in reſcriptis iuſtitiæ loquatur, procedit etiam in literis & priuilegijs gratioſis, † *vt* 4
ibi vltra alios aduertit Menes nu. 2. & ex dict. cap. decet. id probat, & ex Authentica conſtitutio quæ de dign. §. fin. coll. 6. quoniam, ita licuit ſemperque licebit priuilegia interpretari vt quam latiſſime † illa pa- 5
teant *ex dict. l. beneficium & ex. l. immunitates. ff. de iur. immu. l. ex facto. ff de vulga. l. ſi quando C de bonis vacant. lib. 10. c. cum dilecti, extra de donatio. l. 18. tit 34. part. 7.* & ideo nè vltra primam venditionem intelligeretur priuilegium noſtri text. eſſe conceſſum declarauit vt pro prima tantum intelligeretur venditione, & ſic ad noſtram legem adnotauit Laſarte, *de decim. vend. cap. 20 nu. 57.*

Lex 11. & ſequentes vſque ad l. 34. ſunt particularium locorum & perſonarum immunitates, quæ quidem ex ſuis conceſſionibus & priuilegijs regulandæ ſunt, & tenores eorum ſunt obſeruandi, cum declarationibus à legibus ijs appoſitis & deſignatis, & ſic commentatione pro nunc non egent, alibi fortaſſis inter conſilia mea in propoſitum priuilegij Antoniæ Garſiæ & ſuorum aliqua reperies notatu digna, circa illa verba, *de ſus criançãs y labrançãs*, & circa alia priuilegij illius verba, quæ hic eſſet longum referre cum ibidem videri poſſint Deo volente, & interim *vide Marcum Antonium Eugen. conſilio. 92. & Monochium conſil. 390. lib. 4.*

LEX TRIGESIMA-QVARTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Gabella non debetur ex pane cocto, ex equo, mulis, & mulabus ſellæ, venditis cum ſella & fræno, neque ex moneta monetata, neque ex libris latinis aut Hiſpanis verbis compoſitis, neque de auibus de caça.

SVMMARIA.

1 *Panis cocti appellatione comprehenditur in noſtra lege frumenti Hordei, vel Mayz., numer. 1. vbi quid ſi venditur in maſſa, num. 2.*
2 *Panis ex ſale confecti Gabella debetur, num. 1.*
3 *Gabella an debeatur ex artocreis & paſtillis, & ſtribilites vulgo,* Buñuelos, *numer. 2. & 3.*
4 *Gabella an debeatur ex pane cocto cum re alia mixto nouum nomen aſſumendo, numer. 4.*
5 *Panifica ac piſtrices vulgo,* Panaderas, *an debeant Gabellam ex tritico eis per alium vel per annonam dato, vt ex qualibet ſaneca tot panes præbeant, n. 5.*
6 *Sartor an debeat Gabellam ex panno ei tradito ad faciendas calligas ſiue aliud quid, vel dominus panni, numero 6.*
7 *Panificæ quare incarcerantur ſi negligant afferre panem coctum ad locum publicum vendendum, nu 8.*
8 *Quorum plura remiſsiuè in eod. num. 8. vbi & quis primo equum aſcendit.*
9 *Gabella quare ex equorũ vẽditione non debeatur, n. 9.*
10 *Equorum appellatione, qui contineantur, num. 10.*
11 *Lex 6. tit. 15. part. 7. quomodo intelligatur, nu. 10.*
12 *Equulus diminutiuus eſt ab Equo, numero 11.*
13 *Similia illa dicuntur quorum ſunt termini diuerſi vna verò ratio vel qualitas, eod. numero 11.*
14 *Gabella non debetur ex Equabus venditis, nu. 12.*
15 *Maſculinũ cõcipit fœmininũ etiã in priuilegijs, n. 12.*
16 *Gabella non debetur ex venditione Equorũ & Equarum ſi cum fræno & ſella vendantur, ſecundum opinionem Laſarte, aliter ſecundum opinionem authorum, numero 12. & 13.*
17 *Copulatiua pro disjunctiua plerumque ponitur. n. 14.*
18 *Clauſulæ multæ vbi habent ſenſum de per ſe non ad omnia præcedentia, ſed ad proximiorem clauſulam referuntur, numero 15.*
19 *Clauſula generalis ſubſequens non comprehendit ea de quibus erat expreſſa facta mentio, numero 16.*
20 *Equus ſi vendatur cum ſella & fræno non debetur*

Gabellis debita, *vt optimè in propoſitum inquit Deci. in capit. Eccleſia Sancta Mariæ, nu 52. ad fi. de conſtitu. relatm & ſecutus per Velaſco in dict. tract. de iur. emphyte. quæſt. 17. nu. 7. verſ. ex rationibus*, præſertim cum ipſi
clerici & Eccleſiæ nihil ſoluant, neque tam ſit
lex noſtra vt ipſe Eccleſiæ & eccleſiaſticæ per-
ſonæ pro Gabella conueniantur, quàm quòd
laici ipſi ſoluant, id quod alias de iure debebant,
prout voluit Laſarte. capitu. 15. n. 12. & quia multi te-
nent, & cõmunem dicunt, *ſecundũ Tiraquel. vbi ſup. n. 12.* emptores rerum eccleſiaſticarum non gau-
dere immunitate Gabellarum, licet Eccleſia
gaudeat, ergo multo melius diſponi poteſt, ne
venditores clericis vendentes excuſentur à Ga-
bella cum ipſis venditoribus iucumbat ſolutio
Gabellæ, & niſi ſic legem noſtram declares, ſu-
ſtineri minimè poſſet, & quæ dicantur contra
libertatem eccleſiaſticam, diximus remiſſiuè *in. l. 1. num. 3. lib. 1. ſuprà, nn. 2. & 3. & per calcaneum conſil. 7. colum. 6. in fin. cum ſequentibus.*

Ibi, *De los heredamientos y otras coſas que ſe vendieren a los dichos clerigos, y perſonas exentas ſe pueda cobrar el alcanala*, & ſic non ab ipſis clericis, ſed à rebus
ipſis venditis, & conſequenter clerici non con-
ueniantur, neque ipſi ſoluant, ſed ex re ipſa one-
re Gabellæ affecta ſulutio fiet, ſicut & ex ea po-
teſt recuperari decima Deo debita ſi non erat
antea ſoluta *ex. l. fin. tit. 10. part. 1.* valetque argu-
mentum de decima ad tributum & e contra, &
hoc eſt attenta Bal. cautela de qua nos diximus
in. l. 11. titu. 3. lib. 1. recop. & nos referens Laſarte, in dict. tracta. de decim. vend. cap. 19. num 84. in fi. item & ex
ijs verbis noſtri tex. iunctis ſequentibus finali-
bus noſtri text. dum dicit, *ſean obligados los dichos heredamientos y coſas que fueren vendidas*, collige duo
notabilia, primo quòd bona ipſa vendita à laicis
8 remanent bypothecata pro Gabella ipſa † *vt apparet clarè ex dictis verbis noſtri tex. & probatur ex. l. Imperatores. ff de publi. & vectig. & ex. l. 1. cap. in quib. cauſ. & ibi Bart. & in. l. fi. C. ſi ne cenſ. vel reli.* & cum legem
noſtram habeamus nibil eſt de hoc dubitan-
dum, & legem noſtram alia allegans notat ad
hoc Gironda, *de Gabel, 4. par. num. 3. cum ſequent. aliquib. §. 1.* ſecundum quòd res vendita eſt ſtatim
affecta pro Gabella, & eſt onus ipſi rei affixum
& ſic ad quemcunque vadat tranſit cum onere
9 † ſuo ſoluendi illam, vel potius vt ab ipſamet re
poſſit recuperari etiam ſi ad eccleſias, & eccle-
ſiaſticas tranſeat perſonas, & hoc denotant fi-
nalia verba noſtri tex. ex quibus Gironda *vbi ſuprà*, inquit quod Gabellæ exactio præfertur
10 omnibus † creditoribus, ex Laſarte *vbi ſup. cap. 7. à n. 59.* vbi ipſe Laſarte pro hac opinione allega-
uit nos *in. l. 10. tit. 6. num. 2. ad fi. lib. 3. ſuprà*, vbi non
ita generaliter nos locuti ſumus, ſicut ipſe nos
allegat, non enim ibidem loquimur reſpectu
omnium creditorum vendentium bona ſua, ſed
tantum reſpectu illius creditoris, pro quo ſatiſ-
faciendo bona creditoris † venduntur executata 11
virtute ſententiæ, de remate, cuius creditoris re-
ſpectu ex bonis illis ſic venditis prius eſt ſol-
uenda Gabella ipſius venditionis in publica
ſubhaſtatione viæ executiuæ factæ, quam credi-
tori exequenti, debitum ſuum, vel quoties Ga-
bellarius petit Gabellam ſibi ſolui ab ipſis bo-
nis venditis prout noſtra lex loquitur, eo quòd
ſunt hæ expenſæ neceſſariæ ad ſolutionem cre-
ditori huic faciendam, non autem nos loquimur
quoties bona alicuius debitoris impetuntur à
pluribus creditoribus pro ſoluendis debitis ſuis,
vel dum creditor aliquis petit ſibi ſolui ex bonis
debitoris tale debitum, & Gabellarius pro Ga-
bella ſibi alias debita ex venditione aliquarum
rerum vel mercantiarum opponit ſe, & prius
inquit ſibi ſoluendam Gabellam ex bonis ipſius
debitoris, tunc enim, creditor ille, † ſi prior eſt in 12
tempore & habet hypothecata bona debitoris
præferretur vtique Gabellario in bonis debito-
ris pro debito ſuo, & hoc nulli dubium, quia
prior hypotheca etiam fiſco præfertur, ſicut &
doti, vt alibi diximus, & de iure clarum eſt &
conſequenter doctrina Laſarte, & Girondæ in-
tellecta generaliter vera non eſt, neq; procedit,
niſi tantum, in caſu in quo bona aliqua pro ſatiſ-
faciendis creditoribus venderentur, nam tunc
Gabella talis venditionis prius eſt ſoluẽda, tan-
quã neceſſariũ præambulum pro ſatisfactione
iſta, non vero alias, & ſi bene perpendantur di-
cta per Laſarte *dict. nu. 59. & 60.* ita voluit tenere,
licet Gironda *in dict. n. 7.* generaliter eum volue-
rit loqui. Ex quibus infert ipſe Gironda *ibidem in nu. 9. verſ. noto etiam.* quòd ſi emptor alicuius rei de
qua debetur Gabella, pro qua ſit hypothecata
ratione prædictæ hypothecæ decimam vel Ga-
bellam ſoluerit pro vẽditore vero debitore, po-
terit pretium ſolutum † recuperare ab eo, & eius 13
hæredibus, *ex text. in. l. ſi fratres. C. communi. vtri. iud. l. ſi fundum. C. de euictio. l. Iulianus in pri. ff. de actio. emptione quæ ad hoc allegat gloſ. in. l. Imperatores. ff. de vectig. & Freder. de Sen. conſ. 81. & alij allegati per Gironda vbi ſuprà, nu. 10.* vbi *n. 8.* ponit quæſtionem. an decima
clericis debita præferatur Gabellæ, † & in hoc 14
nulli dubium niſi quòd decima præfertur, eo
quòd decima Deo datur, qui cunctis rebus de-
bet præferri.

LEX NONA.

SVMMARIVM LEGIS.

Commendatores debent Gabellam ſoluere de omnibus, niſi tantum de fructibus commendarum.

SVMMARIA.

1 *Militarium ordinum qui meminerint, num. 1.*

IBi, Qve los comendadores, Neminem
eorum excludit, ſed omnes comprehendit,
vt clarius ex verbis ſequentibus colligitur,
quod examinabat Minchaca, *ex profeſſo in controuerſ. illuſt. capit. 105. n. 49 & iterum de ſucceſſio. crea libro 3. §. 30. 3. parte, nu. 306. & Dueñas regul. 100. ampliatione. 5. & nouiſſimè Laſarte de decim. vend. capit. 19. n. 92. Gironda de Gabel. 7. part. in prin. n. 46. ad fin.* cum
duobus ſequentibus vbi nos allegat & in ordi-
nationibus Cancellariæ Pincianæ adſunt duæ
ſchedulæ regiæ ſic diſponentes, in lib. 3. titul. 9.

De los

damento deſumpſit Laſarte *vbi ſuprà*, *numer.* 87. ſed remanſerit hoc in diſpoſitione iuris communis, vt ſaltim binus actus requiratur, & ita apparet ex verbo illo, *trato*, quòd in vna vice verificari non poteſt, ſed cum pluries tractatum eſt, & ita intellecta verba hæc noſtri text. remanet eius contextura ſatis declarata.

LEX OCTAVA.

SVMMARIVM LEGIS.

Vendentes res ſuas clericis & perſonis Eccleſiaſticis & exemptis ſoluere debent Gabellas ac ſi alijs laicis venderent, adeo vt ſi venditores reperiri non potuerint ab ipſis bonis venditis quæ obligata & hypothecata remanent pro ipſa Gabella, Gabella recuperetur.

SVMMARIA.

1 *Lex noſtra an ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, num. 1. & num. 5. reſpondetur.*

2 *Lex ciuilis nec directè neque indirectè poteſt ſtatuere contra libertatem eccleſiaſticam, numero 2.*

3 *Lex aut ſtatutum non valent diſponentia quòd in eccleſias aut eccleſiaſticas perſonas non poßint immobilia alienari, num. 3.*

4 *Lex etiam ſi iubeat omnia prædia debere eſſe tributaria nihil nocet eccleſijs, aut eccleſiaſticis perſonis, num. 4. & 6. & 7.*

5 *Quæ dicantur contra libertatem eccleſiaſticam, eo, num. 7.*

6 *Bona vendita à laicis remanent hypothecata pro eorum Gabella, nu. 8. & ſic tranſit cum onere hoc ad quemcunque vadat, num. 9.*

7 *Gabellæ exactio præfertur omnibus crediteribus, numero 10. 11. & 12. vbi declaratur.*

8 *Poßidens rem ex qua debetur Gabella ſi eam ſoluit poteſt eam recuperare à venditore rei illius, nu. 13.*

9 *Gabella an præferatur decimæ clericis debitæ, nu. 14.*

IBi, MANDAMOS QVE SI LOS DICHOS CLERIGOS, IGLESIAS, Y MONASTERIOS.
Videtur legem noſtram eſſe in duobus con-
1 tra libertatem † eccleſiaſticam, & conſe-
quenter fieri non potuiſſe, nam primo diſponit
quòd ſi laici res ſuas clericis, Eccleſijs vel mo-
naſterijs vendiderint ſoluant Gabellas ac ſi alijs
laicis vendidiſſent, ſed ex hoc ſuppoſito fit cle-
ricis & Eccleſijs præiudicium, tum quia eis libe-
re vendere non permittitur, tum etiam quia ca-
rius hac de cauſa ement res has à laicis, ergo
contra libertatem eccleſiaſticam eſt, *vt inquit Ti-*
raq. de retract. titu. 1. de Linagiel. §. 1. gloſ. 11. nu-
mero 11. nam non ſolum non poteſt lex directè
ſtatuere contra clericos & Eccleſias, verum ne-
2 que indirectè, † per modum præſumptionis in-
ductæ, nec per modum pœnæ imponendæ vel
auferendæ, *vt optime per Minchaca, lib. 1. de ſucceßio.*
creatione. §. 10. nu. 658. in fi. cum pluribus præcedenti-
bus, quem ad hoc allegat Matienço in. l. 11. gloſ. 5. tit. 10.
lib. 5. recopil. in num. 3. & ſic magis communis eſt
opinio, quòd non valeat lex vel ſtatutum diſpo-
3 nens, quòd in Eccleſias † & in eccleſiaſticas per-
ſonas non poſſint immobilia alienari, *vt tenet*
Bart. in. l. filius familias. §. diui. de leg. 1. vbi DD. ma-
ximè Iaſ. in 2. lect. nu. 82. vbi hanc dicit magis com-
munem & ſequendam in iudicando & conſu-
lendo, *vbi à num. 71. incepit quæſtionem.* Secundo vi-
detur legem noſtram eſſe contra libertatem ec-
cleſiaſticam in eo quòd in fine eius diſponit,
immobilia vendita Eccleſijs & eccleſiaſticis
perſonis per laicos remanere obligata pro ſolu-
tione Gabellæ à tali laico debitæ ex venditione
eorum, nam ſi lex iubeat omnia prædia eſſe tri-
butaria nihil nocere debet Eccleſijs etiam in ad-
quirendis, † quia videtur Eccleſijs & clericis eſſe 4
nociua, præſertim ſi de eis mentio fiat in tali le-
ge, *vt tenet Iacob. Butrica. in Authentica item nulla com-*
munitas C. de epiſ. & cler. & hanc contra Bart. contrariam
tenentem dicit communem Iaſ. in. l. placet. 2. lect. n. 21. C.
de Sacroſ. Eccleſ. quem & alios plures refert Mincha. con-
trou. vſu. fre. cap. 6. & Aluarus Velaſ. de iur. emphi. quæ-
ſtio. 17. nu. 7. & Matienço vbi ſup. n. 5. vbi ex hoc dicit
in nu. 4. non fuiſſe in noſtra recopilatione inſer-
tam. *l. 7. ti. 9. li. 5. ordinationum*, qua ſtatuebatur, ne-
minem Regi ſubditum poſſe bona immobilia
alienare in exemptos, & regiæ iuriſdictioni non
ſubiectos, & ſi alienauerit vel donauerit quin-
tam valoris veri partem Regi dare tenebatur,
neq; obſtant quæ contra hanc opinionem con-
ſiderat ipſe Mincha. *in dict. cap. 6.* ſcilicet, quòd ſi-
cut poteſt quilibet rei ſuæ apponere grauamen
de non transferendo eam in Eccleſias & perſo-
nas Eccleſiaſticas, ita etiam poterit lex quia fun-
damentum hoc ceſſat, tum quia circa res parti-
culares non vero in vniuerſum procedit hæc
obiectio, tum etiam quia res hæc ſua eſt prohi-
bentis talem alienationem; & in re ſua quilibet
eſt moderator & arbiter, ſed quæſtio noſtra pro-
cedit & loquitur, circa res ſubditorum, item lo-
quitur, vniuerſaliter, & ſic fundamentum Min-
chacæ ceſſat, quare videtur, legem noſtram pro-
cedere non poſſe. Sed ijs nihilominus non ob-
ſtantibus pro obſeruatione & iuſtificatione no-
ſtræ legis † reſponderi poteſt, primo quòd in præ- 5
ſenti nullo modo prohibetur alienatio bono-
rum à laicis facienda in Eccleſias & eccleſiaſti-
cas perſonas ac monaſteria, ſed permittitur po-
tius & ſic ceſſat prima obiectio *de doctrina Bar. &*
aliorum in dict. §. diui, & Nauar. in Man. lati. cap. 27.
n. 130. in fi. Secundo quia efficere prædia tributa-
ria ſimpliciter, & maximè non facta mentione
clericorum (prout hic non fit) dum tributaria
efficiuntur, non eſt prohibitum, † quia non ligāt 6
clericos & eccleſiaſticas perſonas talia ſtatuta
ſecundum quòd DD. dicunt in dict. §. diui maximè Iaſ. vel
melius & verius dices quòd efficere prædia tri-
butaria cum cauſa & vero colore, ne ſcilicet, re-
gum patrimonijs præiudicetur, licitum eſt, † cum 7
ad ſubueniendum neceſſitatibus regum id fiat,
& ſine fraude & odio eccleſiarum, & ne alias de-
tur locus fraudibus defraudandi iura regum ex

negotiatoris, id eſt à qua perſona, & coram quo
iudice, & in hoc Laſarte *in. d. c. 19. nu. 84. inquit*
ex Caſtello. l. 70. Taur. ver. Y el alcauala, in additio. in
verſ. ſi vero illam habuit, quòd exigenda eſt ab emp-
tore laico, *ex deciſio. l. 120. quaterni Gabellarum poſi-*
ta in. l. 32. tit. 19. proximi ſequentis iſtius lib. 9. iu-
bentis, quod quando quis emit à perſona poten-
tiori decimam pretij Gabellario ſoluendam, re-
tinere debet eam: clericus autem de perſonis
potentioribus eſt *ſecundum Collecta. in. c. 1. de alie-*
na. iud. mut. cau. fac. ſequutum per Dida. Perez, in. l. 1.
gloſ. 1. verſ. item etiam perſona. col. 102. tit. 3. lib. 1.
Ord. ergo ab emptore peti poteſt, & re vera id
ſecurius erit, ſed dubitatio non euertitur ex
hoc, nam & à clerico negotiatore peti poteſt
Gabella, vel ab ipſo venditore, ſiue ab emptore
pro clerico eam ſoluente cum ceſſione actionis
à Gabellario facta, & ſic dubium remanet co-
ram quo iudice petenda erit, & in hoc ſunt opi-
niones: nam quod coram eccleſiaſtico & non
coram ſeculari petenda hæc ſit Gabella, tenue-
runt *Card. in. d. clement. præſenti, in. 6. quæſt. & Bal.*
& Abb. Soci. & alij relati & ſecuti per additio Bernar.
Diaz in pract. c. 55. negotiatores verſ. erit tamen hæc
Gabella, & relati per Gironda, de Gabel. 7. part. in prin.
numer. 24. & 33. & Parlador. lib. 1. rer. quotid. cap. 3.
§. 1. num. 12. in fi. ex eo quòd clericus coram
ſuo iudice eccleſiaſtico conueniendus eſt, *cap. 1.*
de for. com. & ſecularis eccleſiaſticas perſonas
non debet iudicare, *c. nullus, cap. ſignificaſti cap. ſi. de*
for. comp. etiam ſi clericus conſentiat, *vt ibidem*
probatur, & in cap. clericum 11. quæſtio. 1. l. 5. tit. 3.
lib. 1. recop. anteque omnem humanam legem
clerici exempti fuerunt à poteſtate ſeculari, *vt*
diximus in dict. l. 5. titul. 3. lib. 1. ſuprà, libertaſque
eccleſiaſtica non poteſt tolli per legem vel ſta-
tutum, *cap. nouit. de ſentent. excom. ca. fin. de im. ec-*
cleſiaſ. in. 6. nihilominus tamen, imo quòd cleri-
cus hic negotiator coram ſeculari pro Gabellæ
ſolutione conueniendus ſit, tenuerunt alij plu-
res relati & ſecuti *per Girondam, vbi ſuprà, num. 25.*
vbi nos pro hac opinione allegat, ſicut & eam
ſequendo clarius dicta noſtra in hoc allegando
allegauit *Laſarte, de decim. vend. cap. 19. num. 84. &*
hanc etiam opinionem tenuit ſuccinctè Hinuada in dict.
l. 49. titul. 6 part. 1. gloſ. 1. numer. 3. & Benue. de
mer. 3. part. numer. 9. in titol. quom. proce. ſir. in cauſ.
mercat. nu. 17 & Mexia, in prag. pan concluſ 5. nu. 21.
& 23. & Greg. d. l. 49. ibidem in gloſ. Las franquezas,
licet pro contraria opinione eum allegauerit &
male additionator Bernard. Diaz *vbi ſuprà*, quam
etiam opinionem ſequitur *Aufred. in rep. clem. 1.*
de offi ord. in titu. de pot. ſecul. ſuper eccleſiaſt. regula 1.
fallentia 32. ex tex. in cap. 2. becler. vel mon. & in
cap. recolentes, de ſtatu Monacho. ibi, ſi enim relictis ori-
ginalibus ordinis inſtitutis ad communia volueritis aliorum
monaſteriorum iura diuertere oportebit vos communi iure
cenſeri, quia dignum eſt, vt qui ſimilem cum alijs vitam
ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam, & facit
quòd pro huiuſmodi text. principaliter conſuluit Anchar.
conſ. 104. incipienti contra fratres. Et quia ſi vt di-
ctum eſt ſuprà clericus negotiator quantum ad
hoc perdit priuilegia, & eis non vtitur, neque
poteſt vti, nimirum ſi coram ſeculari pro Ga-
bellæ ſolutione conueniri poſſit, nam & cleri-
cus mercator coram iudicibus ſecularibus mer-
14 catorum † ſuper rebus mercantiæ conuenitur
vt diximus in rub. titul. 13. lib. 1. ſuprà numero 8. &
tenuit quaſi ſibi contrarius idem additiona. Bern. Diaz
vbi ſuprà in verſ. notabis etiam vtiliter, & collectanea
iuris canonici ad cap. principes 23. quæſt. 5. numero 2.
adeo vt aduocatus qui in hoc inſiſteret proter-
uus apud judices ſeculares iudicaretur, ſed in
hoc debent ſeculares multum aduertere ne
perſonam clerici capiant aut moleſtent ſuper
hoc, ſed per pignorum captionem procedant,
vt diximus in. l. 11. tit. 3. lib. 1. recopil. in quo bene
nos tenuiſſe inquit Laſarte *vbi ſuprà*, & in praxi
ſic hæc opinio ſecunda recepta eſt, ita vt dum
vellem in facto religioſos quoſdam, ſuper hoc
coram ſuis eccleſiaſticis iudicibus defendere,
in regio conſilio Calculatorum reiecta fuit eo-
rum intentio, & de Gabella cognitum, etiam
ſi ex negotiationis cauſa non debebatur, quòd
mihi durum viſum fuit, cum ceſſaret tunc ra-
tio huius ſecundæ opinionis, ſed tanta eſt po-
teſtas & vis Gabellæ ſoluendæ, vt nec tunc de-
tur locus fori priuilegio, quòd rationi & iuri
conſonum non iudico reiecta negotiationis
materia de qua nos loquimur in præſenti, ſed
ex quadam concordia regia cum commendato-
ribus militiæ Sancti Iacobi de ſpata, inſerta in
ordinationibus chancellariæ Pinciauæ, *in cap. 1.*
fol. 8. in pri. dicitur quòd circa negotia tangentia
patrimonium Regis & Regiam præeminen-
tiam etiam contra clericos & religioſos Regij
ſeculares iudices cognoſcere ſolet ex poſſeſſio-
ne Regum & conſuetudine eorum *vt ibi*, & hæc
pro huius quæſtionis reſolutione & declaratio-
ne noſtræ legis ſufficiant ſolum vnum aduer-
tendo prout aduertit Laſarte *dict. cap. 19. nume-*
ro 80. verba hæc noſtri text. *por via de mercaduria*
trato, y negociacion, non eſſe omnia copulatiue
poſita, ſed diſiunctiue, ita vt ſicut antea in
contextura antiqua clarius dicebat, *trato de mer-*
caderia, y negociacion, vt verbum, illud, trato,
nihil efficeret ſed tantum diſponeret, verbum,
mercaduria, & verbum *negociacion*, ita vt tracta-
ret clericus tanquam mercator, vel negotia-
tor, vt Gabellam deberet, ita & hodie ex no-
ſtris verbis, verbum, mercaderia, de per ſe
apponatur, & verbum *trato y negociacion* etiam
de per ſe, diſiunctiuè à verbo *mercaduria*, ſit ap-
poſitum, copulatiuè tamen apponatur verbum
negociacion, cum verbo *trato*, ita vt non ſufficiat
clericum tractare, vt Gabella ex tractu debea-
tur ſed quod requiratur tractare negotiando &
non aliter, † ita vt tractatus ſolus non ſufficiat, 15
aliter enim etiam ex eis, quæ clericus tractaret
ad ſui & ſuorum ſuſtentationem non per viam
negotiationis, neque mutata forma Gabellam
deberet quod eſſet abſurdum, & lex noſtra diſ-
ponere non poſſet, ſed quòd intelligatur ver-
bum *trato y negociacion*, copulatiuè apponi, ita
vt non ſufficiat tractus niſi ſit per viam nego-
tiationis, diſiunctiuè tamen apponatur verbum
trato y negociacion, à verbo, *por via de mercaduria*,
nam & clericus mercator debet Gabellam, vt
dictum eſt, quia ſecundum ſtatuta Laicorum
mercatorum regulandus eſt, & conſequenter
cum mercatura, & negotiatio non ex vno actu
verificetur ſed ex pluribus, verba hæc noſtri
text. ſuprà dicto modo intellecta non in vno
actu verificentur prout male ex eis abſque fun-
damento

quanquam de cenſib. & ex dictis iuribus, efficitur enim
indignus priuilegio clericali clericus ijs inhians
7 iniuſtis & vitupcroſis † lucris, & ita inquit Abb.
conſ. 6. num. 2. volum. 1. late Bertachi. de Gabel. 7.
part. nu. 10. & 11. & alij relati per Dueñas Regu. 100.
num. 11. & Humada. l. 46. titul. 6. part. 1. gloſ. 3.
num. 1. & Gironda de Gabel. 7. part. in pri. nu. 13. &
Laſarte de decim. vend. cap. 19. nume. 52. & ante eos
Albert. Troct. de vero & perfect. cleri. lib. 2. cap. 52. &
53. & additio Bern. Diaz. in pract. Cano. ca. 55. verſ.
huius capitis, & Iacob. de Graſijs, in deciſione, 118. numero
5. & 8. & deciſi. 124. caſuum conſci. & Fredericus
de Senis conſ. 207. qui omnes inquiunt cleri-
8 cum tunc negotiari dici, quando rem † emit in
ſua integra forma vendꝭturus lucri faciendi
cauſa, ſecus autem ſi rem emit ita vt ſit ei materia
aliquid operandi & ſua opera, vel induſtria
mutatam vendiderit, aut permutauerit, quia
tunc negotiari non dicitur, nec decimam debet,
aut aliud quodcumque tributum, per text. expreſſũ
in capit. eijcies & in capit. quid aliud eſt 88. diſt & hãc
cõmunem teſtatur Nauar. in Manual latin. ca. 27. n. 128.
& ſic clericus qui vendit vinum granũ aut oleũ
ex proprijs fundis, vt & per Claperium, in centu. cauſarum
fiſcali. cauſa. 35. quaſ. 78. Salon. de iuſ. & iur.
cap. 190. pagi. 451. col. 1. ad fi. & Decium conſ. 472.
9 nu. fin. vel id quòd ſupereſt de eo, † quòd vilius
ad ſuam vel ſuorum ſuſtentationem emit iuſto
pretio tunc currente, & carius vendit, non dicitur
negotiator, nec qui mutata forma vt ſit ſibi
materia operandi, neque qui pro vna vice id fe-
20 cit, † ſecundum additio Bernards. Diaz. vbi ſuprà cum
verſ. ſequent. & per DD. ſuprà dictos, & Gironda vbi ſupra
nume. 15. etiam ſi ipſe & male ibidem, & Laſarte,
dict. cap. 19. num. 87. velint noſtra lege attenta
etiam ſi ſemel vendat & emat non mutata
forma dici negotiatorem, neque requiri id pluries
facere ſicut antea de iure dictum eſt requiri,
ſed falluntur in hoc, nec praxis hoc admittit,
niſi apud iudices animæ ſuæ immemores, neque
lex noſtra tale quid probat, neque diſponit
cum generaliter loquatur, & ſic ſecundum ſpeciales
iuris canonici deciſiones eſt intelligenda,
ex quibus habes regulam ſcilicet, quòd cleri-
21 cus negotiator † in propoſitum noſtri text. tantum
eſt qui rem emit & immutatam vendit vt
lucri ſit ſibi cauſa, & hoc non vna vice tantum,
ſed pluries, hic enim Gabellam debet, ſecus
alias, vt nouiſsimè in addiционato codice tradit Parlado.
lib. 1. rer. quoti. cap. 3. §. 1. num. 5. in fi. vſque ad 13.
& optimè Francus in c. quanquam decen. in. 6. Sed eſt
quæſtio. in propoſitum neceſſaria, nunquid vt
Gabellam debeat clericus hic negotiator erit
22 neceſſaria † trina monitio, ne negotietur, an vero
nulla requiretur, & in hoc neceſſariam videri
probatur, ex. ca. fin. de vit. & honeſt. cleri. & ex
dict. cap. quanquam de cenſi. in 6. & ex l. 49. titu. 6.
part. 1. & ſic hanc opinionem in ijs terminis tenet Abb. in
dicto cap fin. notab. fi. & ibi Anto. de Butr. num. 4 &
Io. de Imol. num. 3. & Fel. cap. Eccleſia Sancta Maria,
numer. 68. de conſti. & idem Abb conſi. 6. in fi. volu.
1. vbi dicit, quòd ſi Gabellæ de mercantijs
clericorum ſoluuntur non præcedente monitione
eo eſt, quia laici non patiuntur eas introduci
abſque ſolutione, & Cardi. conſ. 12. Bal. in. l.
vſurpationem. C. de vectigal. Specu. in titu. de immunit.
Eccleſia & additio. Bernar. Diaz. in pract. Cano. cap. 55.
verſ. ſed an hoc caſu neceſſaria ſit, dicens, quod cum
hoc priuilegium clericorum diuinis ſaltem vel
canonicis conſtitutionibus clericis conſtitutum
ſit, ad Romanum Pontificem eorum ſpectat
interpretatio, vt in capit. monit. de iudi. non equidem
exemptio hæc adimi nec limitari poteſt,
niſi quatenus expreſſum ſit, eodem iure canonico
cui in hoc ſtandum eſt, neque hæc eſt iudicanda
reſtrictio ad legem noſtram ſed vera interpretatio,
ex dictis iuribus de prompta, neque
ex hoc illuſoria reddetur lex noſtra cum in minimo
negotio monitio trina à prælatis fieri poſſit,
& creſcente contumacia clerici nolentis ab
inceptis negotijs deſiſtere, ſtatim poſſunt ad
Gabellæ ſolutionem condemnari, & ibi allegat
Parladori. lib. 1. rer. quotid ca. 3. §. 1. numer. 4. ita
etiam tenentem, & tenet Felicia. de cenſi. lib. 2.
ca. fi. in fi. & ſic inquit Michaël Salon de iuſti. & iur.
ca. 191. col. 2. in pri. non teneri tales clericos negociantes
ſtatim in conſcientia Gabellam ſoluere
niſi ter moniti ſint abſtinere ſe à talibus
negociationibus. Contrariam tamen opinionem,
imo quòd quo ad hanc Gabellæ ſolutionem
vlla monitio non requiratur, videtur fundari
ex lege noſtra eam non requirente, & quia
ſi aliud fieret redderetur vtique illuſiora noſtra
lex, nam quis clericus poſt trinam auderet monitionem
poſtea negotiari, & ſic fruſtraretur
intentio noſtræ legis, item quia in clem. præſenti de
cenſibus dicitur, vt gaudeant in ijs, quæ negotiandi
cauſa non deferunt, iuncta gloſſa ibi dicente,
quòd à contrario datur intelligi, quòd in his
quæ negotiandi cauſa deferunt non gaudent
immunitate, vt & ibi notat Cardi poſt Paulum, & Speculatorem.
de immunit. Eccleſ. in fin. item quia conſuetudine
introduci poteſt quòd nulla circa hoc
monitio requiratur, ſecundum Abb. conſ. 6. in fi volumine
1. ſed noſtri DD. aſſerunt ita in noſtro
Regno introductum, vt & aſſerit ipſe Parlado. vbi
ſupra num 5. & Gironda de Gabel 7. part. in pri. numero
10. & ſic hanc ſecundam opinionem tenet
primus noſtrorum Grego. in dict. l. 49. gloſ. las.
titu. 6. part. 1. ob cuius authoritatem inquit additio
Berna. Diaz. vbi ſuprà, quòd hæc ſecunda
fortè in practica obſeruabitur, hanc etiam ſequitur
Gironda vbi ſuprà & Laſarte de decim. vend.
cap. 19. num. 79. & nouiſsime Humada in dict. l. 49.
tit. 6. par. 1. nu. 1. cum ſequen. aliquibus, vbi allegat
Lapum Domi. & Fran. in dict. cap. quanquam, de cenſi.
in. 6. per text. ibi ita tenentes etiam attento iure canonico,
& Card. dict. clem. præſenti, num. 12. & Naua. in
manu. cap. 17. num. 201. qui tamen meo videri
nihil de monitione requirenda nec nè, diſcutit,
& ſic non poteſt pro hac opinione allegari, ipſe
tamen Humada, ibi nume. 1. in medio, inquit hanc
ſecundam contra primam opinionem eſſe veriorem,
& communem, quam ſequendam crederem
vbi conſuetudine approbatam repereris
non aliàs, & tunc quoad hanc Gabellarum ſolutionem
perdant clerici priuilegia ſua abſque
monitione, non vero quoad alia, quoad quæ vt
perdantur monitio trina requiritur, ſecundum
Fran. in dict. cap. quanquam, in fi. de cenſi. in. 6. &
Grego. in dict. gloſ. Laſ in dicta. l. 49. ſic declarando
dictam legem ibi, ſed eſt quæſtionis, quam difficilem
vocant Laſarte, & Gironda, infrà allegandi,
qualiter erit exigenda dicta Gabella † clerici 23
nego-

rici negotiatores Gabellam debeant, id enim non poſſet efficere ex defectu imperij, quam quòd iubet obſeruari id quòd alias iure canonico ſtatutum eſt, *vt in noſtris terminis inquiunt Minchaca, & Mexi. relati & ſecuti, per Laſarte dict. cap. 19. num. 51. in medio, & gloſſa 1. l. 50. titu. 6. par. 1. & collectanea iuris canonici, pag. 52. nu. 2.*

Ibi, *En lo que los clerigos*, intellige in ſacris conſtituti ordinibus, vel ſi in minoribus, beneficia tamen poſſidentes, nam de ijs dixit lex præcedens *vt ibi diximus, & notat in terminis Iacobus de Graſijs, in deciſio. caſu. conſcien. libro 2. cap. 118. numero nono.*

Ibi, *E igleſias*, Contra videbatur tenere Abb. *in cap. fin. num. 4. & numero 10. de vit. & honeſtate Clericorum.*

Ibi, *Vendieren por via de mercaduria trato y negocia-*
2 *cion*. Quæ clericis & Eccleſijs † prohibita ſunt, *ex tex. in cap. fornicari, & cap. negotiatorem & cap. eijciens. 88. diſt. capi. 2. ne cler. vel mon. & Canonum & ca. quicunque 14. quæſt. 3.* clerici enim non ſolum debent abſtinere ab his, quæ ſunt ſecundum ſe mala, ſed etiam ab his, quæ habent ſpeciem mali, vt in negotiatione contingit, tum quia eſt ordinata ad lucrum terrenum, cuius clerici debent eſſe contemptores, tum etiam propter frequentia negotiatorum vitia, quia difficulter exuitur negotiator à peccatis labiorum, *vt eccleſiaſtes. 26.* negotiatioque nimis implicat animum ſecularibus curis, & per conſequens à ſpiritualibus retrahit, *vt per Apoſto. ad Timotheum 2.* nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, & ideo ex negotiatione iuſte lex noſtra iubet Gabellam à clericis negotiatoribus deberi, prout de iure ca-
3 nonico etiam † diſpoſitum reperimus, *ex cap. quanquam de cenſibus lib. 6. & ex capit. fin. de vit. & honeſt. cler. tex. in clem. fi. de cenſibus, & ibi gloſ. & l. 46. & 49. tit. 6. part. 1. Abb. conſil. 6. volu. 1. & alij plures relati per Dueñas in reg. 100. fallentia. 11. & Dida. Perez in. l. 1. tit. 3. lib. 1. ordin. colum. 94. & Bernard. Diaz & eius additio, in pract. crim. cano. ca. negotiatores, & per Laſarte de decim. vendi. cap. 19. numero 51. & Gironda de Gabel. 7. part. in pri. numero 8. & Parladori. lib. 1. rer. quotid. cap. 3. §. 1. numero 4. & Felicia de cenſibus lib. 2. capit. fin. in fi. & Angles. in dict. 5. differ. 8. Salon. de iuſt. & iur. cap. 190. in pri.* & de hoc nihil eſt dubitandum, quia hæc eſt recepta ſententia, *vt inquit Mincha. de ſucceſſio. creati. lib. 1. §. 10 numero 648.* Sed difficultas conſiſtit in hoc, quis di-
4 citur negotiator, † & in hoc Sanctus Chryſoſtomus, *ſuper Matthæ. 21. relatus per Sanctum Thomam. in. 2. 2. quæſtio. 77. art. 4.* inquit quicumque rem comparat, vt integram, & immutatam vendendo lucretur, ille eſt mercator, qui de templo Dei eijcitur, & ſic inquit ibi Sanctus Thom. in reſp. ad primum, quòd verbum Chryſo. eſt intelligendum, de negotiatione, ſecundum quod vltimum finem in lucro conſtituit, quòd præcipuè videtur, quando aliquis rem non immutatam carius vendidit hic enim lucrum præ oculis habet, quòd eſt proprium negotiationis. *vt ex. l. 46. titu. 6. part. 1.* clariſſimè deducitur, ſecus vero ſi rem in melius mutatam carius vendat, quam emit, tunc enim videtur præmium ſui laboris accipere quamuis & ipſum lucrũ poſſit licitè intendi non ſicut vltimus finis, ſed propter alium finem neceſſarium & honeſtum, vnde Philo.
Politico. 1. inquit quod duplex eſt rerum † com- 5
mutatio, vna quidem quaſi naturalis, & neceſſaria, per quam ſcilicet, fit commutatio rei ad rem, vel rerum & denariorum propter neceſſitatem vitæ, & talis commutatio non propriè pertinet ad negotiationes, ſed magis ad œconomicos, & politicos, qui habent prouidere vel domum vel ciuitatem de rebus neceſſarijs ad vitam, & hoc fieri poteſt, *vt inquit in propoſitum Iacobus de Graſijs, in deciſio. caſu. conſ. lib. 2. cap. 118. num. 8.* vel à natura, vt equum, qui creuit vel cum porcos minoris ætatis & debiles clericus in defenſis ſui patrimonij vel beneficij immittit vt groſſi fiant, vel ab arte, velut enſem expoſitum, vel ſi res eſſet mutata ratione loci, vel temporis, vt emendo victualia tempore meſſis, vt poſtea carius vendantur, vel ſi empta in magna quantitate vendantur minutim, vel ratione laborum & periculi, vt quia emptor rem detulit cum labore & periculo in locum, vbi nullum habet pretium res empta, tunc enim ſicut non peccat vendendo eam carius, *vt inquit ibi Iacob. de Graſijs dict. num. 8.* ita neque dicetur negotiari, quia mutatam eam vendit neque lucrum eſt finis vltimus, ſed vt ſic ſibi & ſuis prouideat, nam non quicunque carius vendit quam emat negotiatur, ſed ſolum qui ad hoc emit vt carius
† vendat, *vt inquit Thom. vbi ſupra.* Alia vero com- 6
mutationis ſpecies eſt, vel denariorum ad denarios, vel quarumcunque rerum ad denarios, non propter res neceſſarias vitæ, ſed propter lucrum, quòd clerici debent abſtinere ad lucrum quærendum, & hæc quidem negotiatio propriè videtur ad negotiatores pertinere, *ſecundum Philoſ.* prima autem commutatio laudabilis eſt, quia deſeruit naturali neceſſitati, ſecunda autem iuſte vituperatur, quia quantum eſt de ſe deſeruit cupiditati lucri, quæ terminum neſcit, & in infinitum tendit, & ideo negotiatio ſecundum ſe conſiderata quandam turpitudinem habet, in quantum non importat de ſui ratione finem honeſtum, vel neceſſariũ, lucrum tamen, quod eſt negotiationis finis, & ſi in ſui ratione non importet aliquid honeſtum, vel neceſſarium, nihil tamen importat de ſui ratione vitioſum vel virtuti contrarium vel nihil prohibet lucrum ordinari ad aliquem finem neceſſarium vel etiam honeſtum, & ſic negotiatio licita redditur, ſicut cum aliquis lucrum moderatum quod negotiando quærit, ordinat ad domus ſuæ ſuſtentationem, vel etiam ad ſubueniendum indigentibus, vel etiam cum aliquis negotiationi intendit propter publicam vtilitatem, ne ſcilicet, res neceſſariæ ad vitam patriæ deſint, & lucrum expetit, non quaſi finem, ſed quaſi ſtipendium laboris, tunc enim non propriè negotiare quis dicitur, ſaltim, vt peccatum incurrat, & reſtitutioni ſubiaceat, *vt inquit Thom. vbi ſuprà hæc referens, & optimè per Magiſ. Honcala in opuſculo ſuo tit. de negotiatione eccleſiaſtici.* Sed cum quis rem emit & non immutatam vendit quia hic propriè lucro inhiat, & vltimus eius finis lucrum eſt, ideo nimirum ſi hic negotiator dicatur, vt clericus ſic emens & vendens Gabellæ ſoluendæ exemptus non ſit, & hunc eſſe propriè negotiatorem in terminis noſtris, *probatur ex dict. capit.*

quanquam

lib. 1. ſuprà, vbi *num.* 5. diximus quod dicetur be-
neficium eccleſiaſticum ſecus vero erit in cleri-
6 co minorum ordinum non beneficiato, † etiam
ſi gaudere debeat fori priuilegio, nam non gau-
debit priuilegio nè ſoluat Gabellam, *ex text. iam
ſic decidente in l. 2. tit. 4. lib. 1. ſuprà*, vbi diximus &
ſuprà dicti authores nos allegant, & licet mihi
dura lex videatur, neque ſatisfaciat reſponſio ei
data ad Concilium Tridentinum, de clericorum
minorum ordinum exemptione loquens ſcili-
cet, quòd procedit quo ad fori priuilegium, non
vero quo ad alia priuilegia, non ſolum non eſt
bona reſponſio, ſed eſt contra ipſos & contra il-
lam legem, nam ſi concilium tantum voluit
prouidere prout voluit quo ad fori priuilegium
nouam formam inducens, & renouans anti-
quas, ergo alia priuilegia non tollit neque corri-
git, ſed in ſuo eſſe remanent, & ſic hęc de exem-
ptione vectigalium Gabellarum ex dicto capi-
tulo quanquam & ſimilibus, in ſuo eſſe rema-
nent, ſed ſi hæc allegaueris non audieris, ſed po-
tius irrideberis, eo quòd lex eſt & in foro ſecula-
ri ſeruari omnino iubebitur, & praxi totius Hiſ-
7 paniæ ſic eſſe vſum aſſeuerat † Ioſeph. Angles,
*in ſuis Theolog. quæſtionib. in titulo de reſtitutio. vectigal.
difficult.* 5. & eo relato Salon, *vbi ſuprà capitul.* 191.
in pri. & quia clerici minorum ordinum, vt ibi
ipſe dicit non ſunt Eccleſiaſtici, & ſequitur Di-
dacus Perez. *l. prima titulo tertio, libro primo ordin. in
quadam additione marginali ad contexturam illius leg.
primæ ſuper ea inſerta, & Doctor Segura in ſuo directorio,
iudi. Eccleſia. 1. parte capitulo 11. numero ſeptimo, & no-
uiſſimè Ioan. Guter. in quæſt. pract. lib. quæſt. 8. & Hu-
mada. in. l. 49. glo. 3. n. 4. & in. l. 54. tit. 6. p. 1.
gloſ. 2. nu. 10. cum ſeq. & Laſarte vbi ſuprà, d. c. 19.
nu. 18. cum tribus ſeq. & Felicia. vbi ſuprà vbi nos, & ſu-
prà dictos allegant. quos ante eos ego allegatos & iunctos
habebam, & Iacob. à Graſſis, deciſ.* 124. *num.* 21. *caſuum
conſcientiæ*. Limitatur tamen lex noſtra per ſe-
quentem, niſi talis clericus exemptus ſit nego-
tiator † nam tunc ſoluet Gabellam ex negotia- 8
tione *ex. l. ſeq.* vbi alia dicemus, alias quæſtiones
adducunt de clericis Laſarte *vbi ſupra à nu. 9. cum
ſeq. pluribus*, & Gironda *vbi ſuprà à nu. 2. cum pluribus
ſeq.* & per Parla. *d. §. 1. nu. 2. cum ſeq.* quas per
ipſos videbis, faciles enim ſunt, excepta illa de
bonis venditis per teſtamentarios clerici exem-
pti pro executione ſui teſtamenti antequam
hæreditas adeatur, vel de iuſſis vendi per ipſum
clericum in ſuo teſtamento pro implemento
ſuæ animæ & teſtamenti ac debitorum, nam in
ijs dubito de eorum opinionibus & contrariæ
mihi plus ſatisfaciunt.

Ibi, *Por lo que a ellos toca y puede tocar*. Et ſic ſi cle-
ricus & laicus rem inter eos communem ven-
dant, pro parte ſua clericus erit exemptus à Ga-
bella, laicus vero non, † ſed ex ſua parte ſoluet 9
laicus ipſe Gabellam, vel itidem ſi laicus rem
ſuam permutet cum alia re alicuius clerici ſol-
uet laicus de re ſua decimam Gabellæ, neque
vtetur priuilegio clerici, *vt inquit Frederi. de Sen.
conſ.* 111. *quæſtio talis eſt, an diœceſanus columna penulti-
ma. & Couar. in Pract. ca. 34. num. 2. & Dida. Per. re-
lati & ſecuti per Laſarte. d. cap. 19. nu. 16. & 17.* ſic
ex lege noſtra deducens in ijs verbis, & ſequitur
Mexia *in pragm. panis, conclu. 5. num. 77.* & Boheri.
deciſ. 300. & an exigens à clericis reſtituere te-
neatur, vide Ludoui. à Carbone *de reſtitutio. quæ-
ſtio. 33. dubita. 7.* vbi limitat.

LEX SEPTIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Dicta in lege præcedente non habent locum in clerico vel Eccleſia negotiantibus, & per viam mercaturæ & negotiationis vendentibus, nam Gabellam ſoluent.

SVMMARIA.

1 *Leges extenduntur ad forum Eccleſiaſticum non ex vi ipſarum legum, ſed ex confirmatione canonica, numero* 1.
2 *Negociationes & mercantiæ clericis prohibita ſunt, num.* 2.
3 *Clerici negociatores de iure canonico Gabellam ex negociatione debent, num.* 3.
4 *Clericus negociator quis dicatur, num. 4. & 8.*
5 *Commutatio rerum duplex eſt, nu. 5. & 6.*
6 *Non quicumque carius vendit, quam emat, negociatur, ſed ſolum qui ad hoc emit vt carius vendat, num* 6.
7 *Clericus lucri cauſa inhians iniuſtis & vituperoſis lucris indignus efficitur priuilegio clericali, nu.* 7.
8 *Clericus vinum proprium vendens, vel id quòd ſupereſt de eo, quòd vilius ad ſuam, vel ſuorum ſuſtentationem emit iuſto precio tunc currente, & carius vendit, vel ſi mutata forma vt ſit ſibi materia operandi, vel qui pro vna vice tantum emit, non dicitur negociator, numer. 9. & 10. & 11.*
9 *Monitio trina an ſit neceſſaria vt clericus negociator Gabellam debeat, n.* 12.
10 *Gabella à clerico negotiatore qualiter & coram quo iudice erit exigenda, nu.* 13.
11 *Clericus de perſonis potentibus eſt, eo numero* 13.
12 *Secularis non poteſt iudicare clericum etiam clerico conſentiente, eod. nu.* 13.
13 *Clericus mercator coram iudicibus ſecularibus mercatorum conuenitur ſuper rebus mercantia, nu.* 14.
14 *Verba noſtri tex.* Por via de mercaduria, trato y negociacion, *Quomodo intelligantur, eod. numer. 14. & 15.*

IBi, MANDAMOS QVE NO AYA LVGAR.
Sed quomodo lex hæc cum clericis & Ec-
cleſijs facta eſt, nunquid non ſuper ſpiritua-
libus iudicandi nulla eſt laicis attributa po-
teſtas? & non eſſe fatendum eſt, quomodo ergo
lex noſtra, fieri potuit, cui difficultati reſponde,
fieri poſſet, quia non obuiat iuri canonico, nec
Eccleſiaſticæ libertati, vt ex pluribus iuribus in
gloſ. ſequenti allegatis videbitis, extenduntur
enim leges ad forum Eccleſiaſticum, quatenus
iuri canonico contrariæ non ſunt, non quidem
ex vi & poteſtate ipſarum legum, ſed ex confir-
matione † ipſa canonica, *ex elegantor reſolutu per* 1
Fortuni. Garſia, de vltim fin. iur. ciuil. illatione 13. & 14.
ſic lex noſtra non tam per ſe diſponitur, vt cle-

rici

IBi, De las coſas que ſe tomaren, lunctis verbis, *y ſe vendieren por ellos o ſus fazedores*, notabis quòd lex noſtra de rebus Sanctæ Cruciatæ tantum loquitur, pro vt apparet in ſummario, puta ſi fortaſſis ob non ſolutionem bullarum vel pro earum ſolutione res aliquæ capiantur per theſaurarios Cruciatæ vel facto-
1 res eorum † nulla debetur Gabella ex text. noſtro, ita vt neceſſe ſit vt lex noſtra locum habeat quòd ſint de rebus captis & venditis ratione Sanctæ Cruciatæ vel per factores eorum, quaſi ſecus ſi per alios vel ſi per ipſos non ſit de rebus tangentibus Cruciatam ipſam, nam tunc debebitur Gabella per argumentum à contrario ſumptum à noſtra lege, vel per argumentum ab ſpeciali.

LEX SEXTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Eccleſiæ, monaſteria & clerici Gabellam ſoluere non tenentur bonorum ſuorum.

SVMMARIA.

1 *Erroneum eſt aſſerere quòd Eccleſiæ & earum miniſtri non ſint diuites, numero 1.*
2 *Eccleſia & eccleſiaſtici immunes ſunt à Gabellis, n. 2.*
3 *Hoſpitalia confraternitates pias & alia loca pia quæ priuilegijs Eccleſiarum potiuntur exempta eſſe à Gabelis, n. 3. vbi quid de collegijs Salmanticenſibus.*
4 *Exigens ab Eccleſijs & eccleſiaſticis perſonis Gabellas excommunicatus eſt, numero 4.*
5 *Clerici qui ſint ij, qui immunes ſunt à Gabellis, numero 5. & 6. quid in clerico minorum ordinum, & nu. 7.*
6 *Clericus negotiator ſoluit Gabellam ex negotiatione, nu. 8.*
7 *Clericus & laicus ſi vendant rem communem laicus ſoluet pro ſua parte Gabellam, clericus vero non numero 9. vbi & idem ſi laicus permutet rem cum clerico.*

IBi, Por que nueſtra intenciones, nam cum à Regibus ipſis & principibus ac imperatoribus fuerint conſtructæ & dotatæ Eccleſiæ & monaſteria, vt apparet ex donatione magni Conſtantini, de qua diximus *in. l. 5. titu. 2. lib. 1. ſuprà*, vbi retulimus Boheri. dicentem vocem eſſe tunc de cœlo auditam, dicentem, hodie ſeminatum eſt venenum aſpidum in Eccleſia Dei, & quòd ob nimias pompas & diuitias occidentalis Eccleſia peribit, quaſi quo magis Eccleſia diteſcit eo magis periclitatur, *ſecundum Salicet. in rubrica de verb. ſign. relatum per Menchac. controuerſ. vſufrequent. capit. 6. numero ſecundo*, vbi inquit non eſſe credendum aut veroſimile dictam vocem de cœlo auditam, & omnia hæc apud viros graues male ſub audiunt aures eorum, nam de Conſtantini donatione dubitare, & quod Eccleſiæ & earum miniſtri non ſint diuites aſſerere, prout aſſerebat Duarenus, erro-
1 neum eſſe † aſſerit Dioniſi. Paul. *in ſuo floſculo clericor. part. 1. §. 2. de auaritia nu. 58. cum pluribus ſequentibus*, ſic & alij Imperatores dotauerunt & conſtruxerunt Eccleſias, & plura priuilegia eis dederunt, de quibus dixi, *in l. 6. columna penultima titulo tertio, libro primo, ſuprà & probat. l. 50. titulo ſexto part. prima*, & noſter Philippus ſecundus eminentem ac ſumptuoſiſſimam conſtruxit ac dotauit Eccleſiam beato Laurentio in Eſcurial. admirabilis ædificij, & dotationis, & ideo mirum non eſt, vt ſemper Regis ſit conſeruare Eccleſias & earum miniſtros, & monaſteria & eorum priuilegia ſeruari iubere.

Ibi, *Lei ſean guardadas las franquezas*, De quibus & *in titulis de immunit. Eccleſ. in decretal. & in 6. & in titu. 2. lib. 1. ſuprà, & per Didacũ Perez, in lib. 1. ordi. titu. 3. ſub. l. 1.* inter quæ priuilegia & exemptiones, vna hæc eſt, quòd tributum vectigal, † aut 2
Gabellam non ſoluant, idque ab antiquiſſimis temporibus deciſum videbis, *ex dictis per nos in. l. 3. & 11. numer. 1. titu. 3. lib. 1. ſuprà*, quæ hic referre ſuperuacaneum eſſet, & tradebat Panormit. *in capi. 1. columna 2. de cenſibus relatus per Did. Perez. in dict. tit. 3. li. 1. ord. ſub. l. 1. col. 93. in fin. cum pri. ſeq. & Dueñas in regu. 100. in pri.* id pluribus iuribus comprobat, & ampliat, & limitat, & in hoc nihil eſt immorandum cum habeamus legem noſtram expreſſam, ſunt enim honorãdi clerici ob multas rationes per Caſſane *in Cathalo. glor. mundi. 4. par. conſ. 1. cum. 6. ſequent.* relatum.

Ibi, *Qualeſquier Igleſias y monaſterios*, & ſic ad hoſpitalia, confraternitates & loca religioſa, & pia,
† quæ priuilegijs potiuntur Eccleſiarum exten- 3
ditur, *vt in terminis noſtris tradit Felicianus in tracta. de cenſib. lib. 2. c. fi. nu. 16. & Gironda de Gabellis. 7. p. in pri. n. 43. quid de collegijs Salmantica, & Gutier. 1. parte cano. q. cap. 35. aliqua de ijs dicit, & in. l. 1. ſuprà eodem dixi.*

Ibi, *Clerigos de eſtos reynos*, ſimilis eſt text. *in capit. quanquam de cenſib. in. 6. & in clement. præſenti eod. ti. in. c. 1. de immun. Eccleſi. in 6. & in capitulo 47. Geneſis, & in. l. 50. titu. 6. part. 1.* & id eſſe de iure diuino tradit Medina, *de reſtituti. quæſt. 15. & infrà hac glo. & in. l. 3. & 11. tit. 3. lib. 1. ſuprà*, plura alia adduximus, & ibidem in ijs locis tenent DD. ordinarij & alij plures relati per Parlado. *lib. 1. rer. quotid. capit. 3. §. 1. n. 3. cum ſequenti.* & Laſarte, *de decim. vend. cap. 19. nu. 9. cum ſequent. pluribus* Felicia, *de cenſi. lib. 2. ca. fi. nu. 13.* Gironda, *de Gabel. 7. part. in pri. nu. 2.* & hæc eſt indubitata concluſ. adeo vt ſi Gabellarius iniuſtè Gabellam à clerico petierit, ſi eſt priuatus excommunicatur ipſo
iure, ſi eſt vniuerſitas † interdictum incurrit, ne- 4
que abſoluitur donec reſtituatur exacta Gabella, ſi ab eo inuito exacta fuit vt apparet *ex dict. cap. quanquam, de cenſib. in 6. & Gironda vbi ſuprà, nu 3. notat: & Salon. de iuſti. & iure ca. 190. pag.* 449. vbi & in bulla cœnæ inquit incurrere tales exactores *& Angles, in floribus Theol. quæſt. tit. de reſtit. vectig. in. 5. diffe.* vbi *in. 2. dubio*, inquit iure diuino eis competere hanc exemptionẽ de quo per Salon. *vbi ſuprà capit. 191. colu. 2.* hæc tamen omnes prædicti noſtri DD. Regij intelligunt, dum tamen
clericus talis ſit ſacro ordine † ordinatus vel ſi 5
minori ordine tantum, habeat tamen beneficium Eccleſiaſticum in actu & habitu *ex l. 1. ti. 4.*

lib. 1.

dicto caſu nec poſſit peti à ciuitate, vel magnate vendente, *argu. l. licitatio. §. fiſcum, & l. ſi publicanus §. 2. ff de pub. & vect.* tenet idem Bart. ſibi contrarius *in eod. §. fiſcum, & ibi Din. & Paul. de Caſt. n. 1. & etiam Alberi. dicens Pergami ſic pronunciari vidiſſe, & hanc ſequuntur plures relati per Girondam vbi ſupra, numero 34. vbi inquit Boheri deciſione. 213. num. 2. ad fi. aſſerere eſſe veriorem & communiorem, & quòd ab ea non putat diſcedere ipſe Gironda ibidem, vbi & nu. 35. reprobat Parladori. lib. 1. rer. quot ca. 3. §. 1. nu. 31. cum ſequentibus & Laſarte de decim. vend. ca. 18. nu. 92. &* 93. primam contra hanc communem tenentes, inter quas inquit Parlado. *ibi nu.* 32. Bertachi. *vbi ſuprà* concordiam ponere, ſcilicet, vt ſecunda opinio procedat in fiſco, prima vero in alijs vniuerſitatibus non habentibus fiſcum, & ſic minus priuilegiatis, ita vt vis fiat in priuilegio,
8 quòd ſuprà reprobauimus. Et ſic ego do † aliam & veriorem concordiam, ſcilicet, quòd prima opinio procedat, & Gabella debeatur ab iſtis ciuitatibus & magnatibus locantibus alijs Gabellas, quoties ius Gabellarum non reſidet in ipſis ciuitatibus & magnatibus, puta quia in terris ſuis Gabellæ Regis ſunt, habent tamen eas locatas & capitatas à Rege, & ſic, *por via de encabeçamento*, prout quotidie fit, & fieri poteſt, tunc enim ſi ipſæ ciuitates vel magnates ita habentes alijs locent minutatim, vel cedendo eorum conductionem, tunc nimirum quòd ipſæ ciuitates & magnates poſtea vendentes debeant Gabellas, quia nihil iuris in eis ipſis ciuitatibus & magnatibus remanſit, & in hoc caſu loquitur Laſarte *dicto, numero 94. & à numero 89.* iſtud incepit, & in hoc verum dicit & non meruit reprehendi à Gironda, *vbi ſuprà.* Secunda vero opinio procedat quoties ciuitas vel magnates aliqui ſunt domini Gabellarum ſui territorij & dominij, ſiue quia non recognoſcunt ſuperiorem ſiue quia etiam ſi recognoſcant ex priuilegio Regis vel ex alio legitimo titulo ius Gabellarum ſui territorij & dominij eis competit & tanquam ſuas proprias locant alijs ipſas Gabellas: tunc enim mirum non eſt, ſi quamuis id non caueant, non teneantur ſoluere Gabellam de ſuis rebus Gabellarijs ipſis earum conductoribus, nam in hoc caſu militát rationes, quas ſuprà adduximus, & militare diximus in Rege, ne ipſe teneatur ſoluere Gabellam, etiam ſi lex noſtra facta non eſſet, cum *ex dicto. §. fiſcum, & ſimilibus* de iure communi id ſtatutum eſt, & ſi bene inſpiciantur DD. ſecundæ opinionis ita loquuntur & non in primo caſu noſtræ huius concordiæ, & ita videtur velle Laſarte, *vbi ſuprà iunctis dictis ab eo in numero 94.* neque obſtat argumentum quod pro contraria parte conſiderat Parlador. *vbi ſupra numero* 33. dicens quòd contra ciuitatem & magnatem vrget regul. quòd contra eum, qui legem dicere potuit, apertius eſt interpretatio facienda, nam hæc procedere poſſet in primo membro huius noſtræ concordiæ, in quo neque ciuitas neque Magnas habent ſuam intentionem fundatam, non vero in ſecundo membro vbi habent, & in quo ipſis conductoribus incumbit interpretationem facere, ſcilicet, quòd ciuitas & Magnas teneantur Gabellam ſoluere, & hanc meam concordiam credo eſſe ſequendam, nam iura communia ita loquuntur, lexq́; noſtra regem ſolum eximens à Gabellæ ſolutione loquitur, cum ipſi Regi pertinet ius Gabellarum, non vero ſi alij iure legitimo pertineat, nam tunc idem quòd in Rege cenſetur diſpoſitum, militant namque eædem rationes, neque Regis iuſtitia in priuilegio fundatur, ſed in iure vt dictum eſt, quòd omnibus habentibus ius hoc Gabellarum quadrat, licet non deſinam conſulere † ciuitatibus & ma- 9
gnatibus ex priuilegio ius Gabellarum habentibus, & non ex iure proprio pro vt habet Rex, vt ſibi prouideant circa hæc in ipſis locationum inſtrumentis, ſaltim vt opinionibus iudicum & aduocatorum viam non aperiant, ſed potius claudant, & lites euitent ſiue iuſtas, ſiue iniuſtas, præſertim attenta noſtra lege, quæ ſolum regem excuſat, & quia reſultaret iniquitas, ſcilicet, quòd ſi rex ibidem bona venderet, aut deberet ſoluere Gabellam, quòd non eſt dicendum, aut ſi ipſe & Dominus excuſarentur ab ea nimis grauarentur vicini, excuſando regem & dominum, quæ notabis quia non ſic digeſta reperies.

Ibi, *Pero que toda via paguen los compradores la mitad de la dicha alcauala de los azeytes*, ſimilis eſt textus. *in l. quarta ſuprà titulo præcedente*, vbi aliqua diximus, & ſpecialis caſus eſt hic, nam in alijs non expreſſis ementes à Rege non tenentur ſoluere Gabellam proportione ſua, † *ita apparet ex Bald.* 10
conſ. 31. volumine 1. aliter enim venditor minus venderet quantum capit Gabella, & priuilegium ſuum ſibi non prodeſſet, *& ita vidiſſe practicari aſſerit Mar. Anto. Peregrin. in tracta. de priuileg. fiſ. libro 6. titul. 5. numer. 25.* & ſic iſte eſt caſus ſpecialis præſertim cum *vt apparet ex. l. 1. ſuprà tit. proxi.* venditoribus & non emptoribus expectat onus Gabellam ſoluendi.

LEX QVARTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Gabella non debetur argenti velleris & æris, & raſurarum emptarum aut venditarum pro domibus monetæ, vbi Rex monetam cudi iuſſerit.

LEX QVINTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Gabella non debetur de rebus Sanctæ Cruciatæ.

SVMMARIA.

1 *Gabella non debetur de rebus venditis pro ſolutione bullæ cruciatæ, nnmero 1.*

Ibi,

tex. hic nullo modo excuſans aliquem à ſolutione Gabellarum, quod eſt munus reale, niſi habeat priuilegium inſertum in libro *de lo ſaluado*,& à calculatoribus Regis maioribus ſubſcriptum, & ſic videtur nullo modo excuſari à ſolutione Gabellæ habentem duodecim liberos,ſed
19 vt dicit *Auendaño* quotidie excuſantur † in ſupremo conſilio, & dantur ad hoc prouiſiones, & in facto habui conſulere & conſului adiri Regium conſilium ſupremum,& data fuit prouiſio regia pro excuſatione munerum tam realium & Gabellæ quam perſonalium & nimirum nam aliter nihil differet numerus hic à numero quinque liberorum & eſſet contra text. *in. l. ſi quis decurio & quòd ibi notat Bart. C. de decur. lib.* 10.

LEX TERTIA.

SVMMARIVM LEGIS.

Rex ex venditione vel permutatione ciuitatum ac villarum populorumq́ & bonorum ſuorum quorumlibet non debet ſoluere Gabellam *etiam ſi ſit de oleis ſuis Hiſpali habitis & venditis,imo ex eis debet emptor Regi medietatem* Gabellæ *ſoluere.*

SVMMARIA.

1 *Princeps ſoluere Gabellam non tenetur, n. 1. vbi ampliatur,& n. 5. & nu. 2. proſequitur, & num. 3. & 4. ponuntur rationes.*

2 *Perſona loquentis videtur excepta in generali ſermone, num. 4.*

3 *Regina an gaudeat immunitate non ſoluendi Gabellam, num. 6.*

4 *Magnates aut ciuitas locantes Gabellas ſint immunes ab eis, num. 7. & 8. & nu. 9. authoris conſilium circa hoc.*

5 *Gabellam non tenentur pro parte ſua ſoluere ementes à Rege niſi in caſibus in iure expreſſis, num.* 10.

IBi, QVE NOS NO PAGVEMOS ALCAVALA, Concord. *l. quarta, ſuprà titulo præcedenti,& l. licitatio. §. fiſcus. ff. de public. & vectigal. & ibi gloſſa vbi Din. Rain. Bart. & Paul. de Caſtro.* inferunt quòd ſi princeps vel communitas aliqua vendit aut locat Gabellam ſalis, vini,aut rei frumentariæ vel contractuum & deinde fiſcus emat, & contrahat, pro qua emptione & contractu priuatus tenetur ſoluere Gabellam, non tenebitur princeps vel communitas ſoluere Gabellarijs,
1 † quòd etiam firmarunt *Bald. & Salicet. l. emptor. C. de heredi. vend. Alexan. conſil.* 109. *columna ſecunda volumine* 2. *Afflict. capitul. primo, numero* 59. *de duobus frat. & in capitulo ſecundo ver. vectigalia, numero* 108. *in tit. quæ ſint regalia, Bertachin. de Gabel. ſeptima parte, numero* 25. *Boheri. deciſione* 213. *numero primo Ruinus conſilio* 89. *volumine primo,* vbi ampliat etiam ſi princeps mercimonij cauſa emat,alias ſi vſus ſui cauſa nihil plus iuris quam priuatus haberet, etiam ſi Roland. Valle,*conſilio* 61. *numero* 23. *volumine quarto*, aliud velit, & loquantur iſti DD. attento iure antiquo ſecundum quòd emptori incumbebat onus ſoluendi Gabellam, & hæc opinio quòd ſit Rex exemptus vel ciuitas non re-
2 cognoſcens ſuperiorem, † quæ poteſt imponere Gabellam à ſolutione eius ſiue emat ſiue vendat,de iure communi erat communis,& ex lege noſtra approbatur, etiam ſi Barto. *conſil.* 226. cauetur ſtatuto,contrarium determinauerit, ex eo quòd fiſcus & princeps legibus ſubijciuntur. *l. digna vox. C. de legibus, & idem Barto, & eius additio in. l.* 1. *numero* 6. *C. de nauic. lib.* 10. ſed loquitur Bar. contra dictam communem & contra legem noſtram & ratio noſtræ legis & eius concluſionis, non eſt ex eo quòd ſit hoc principis priuilegium,vt male opinabatur Parlador. *lib.* 1. *rer. quoti. capitulo tertio, §.* 1. *numero* 21. quem reprobat in hoc Laſarte, *de decim. vend. capitu.* 19. *numero* 8. *& iterum cap.* 18. *nume.* 95. ſed fundatur noſtra concluſ. vt inquit bene Bar. *in. d. §. fiſcus,* quia princeps à ſeipſo vectigal exigere nequit
† igitur tale ius non poteſt videri in emptorem 3
vel conductorem Gabellarum tranſlatum, quia non entis nulla poteſt videri tranſlatio, nulliuſque perſona vel res ſibi ipſi ſeruire poteſt. *l. vtifrui. ff. ſi vſuſ.* iſtæque Gabellæ debentur à vaſſallis Regibus non etiam ab ipſiſmet regibus,ne ſibi ipſis aut alijs tributarij ſint vel quaſi, item eſt & alia ratio, quia in generali conceſſione exigendi vectigalis à quacunque perſona non vi-
detur includi perſona † loquentis. *l. obligatione* 4
generali. ff. de pig. l. inquiſitio. C. de ſolutio. glo. in d. l. emptor. quam DD ſequuntur, vbi determinat vendita hæreditate emptorem non poſſe hæreditarias actiones contra venditorem dirigere quaſi aduerſus eum non tranſlatas, & hæc Regis immunitas procedit non ſolum ſi vendat in regno ſuo, ſed etiam in terris dominorum particula-
rium ſibi ſubiectorum † vbi Gabella etiam eſt 5
ipſorum dominorum *ſecundum Laſarte in d. ca.* 19. *nu.* 8. Sed an regina gaudebit hac immunitate,
† & Lucas de Pen. *in. l.* 3. *C. de præp. ſac. cub.* in- 6
quit quòd gaudet & ſequitur Carolus à Graſſalis *li.* 1. *regal. Fran. iure.* 18. *pag* 262. *in paru.* vbi inquit quòd non ſeruatur in Hiſpania, quia vt ipſe inquit audiuiſſe in ciuitate inſigni Barchinonen. illo anno. 1532. ciuitates Aragoniæ coëgerunt reginam Hiſpaniæ Imperatricem ad ſoluendum iura conſueta,& male,vt ibi inquit ipſe Carol. ſed hoc non facit ius ad hoc vt regina non gaudeat hac immunitate,gaudebit enim,ſed an ciuitas vel magnates locantes alicui Gabellas & ius percipiendi eas ſi facta locatione vendant aliquas res ſuas, debebuntne Gabellas ex
venditione illa conductori illi Gabellarum, † & 7
in hoc Gironda *de Gabel, ſecunda parte §.* 2. *numero* 33. *cum ſequentibus* inquit, eſſe duas opiniones contrarias.Prima eſt Bart. *in. l.* 1. *C. de nauicul. libro* 10. dicentis, deberi Gabellam à ciuitate vel magnate, idem Bart. *in conſi.* 226. & tenet Boſſius, *in praxi, tit. vectig. qui tene. num.* 4. licet indeciſam ibi reliquerit prout fecit Bertachin. *de Gabel.* 7. *par. q.* 8 *nu.* 24. contrariam tamen ſententiam & ſic quòd Gabella non debeatur in prædicto

l. 2. ff. quòd cuiuſque vniuer. nom. allegat Roma. conſ.
436. *nume.5*. & ſic conuentio ab vnoquoque ho-
rum confratrum de per ſe pro rebus ſuis facta
non proderit eis iunctis in modum collegij aut
confratriæ pro rebus in confratria illa venditis,
etiam ſi de nummis eorum ſint empta & con-
fratriæ applicata vel applicanda, niſi alius ex alia
cauſa confratria ſe à Gabellæ huius ſolutione
excuſare poſſit.

Ibi, *Ni orden*, videntur verba hæc contrà. *l. 6.*
infrà eodem, monaſteria excuſantem à Gabellæ
ſolutione, & monaſteria hæc ordines quotidie
nuncupamus, quomodo igitur verba hæc, *ni or-
den*, in lege noſtra apponuntur & quomodo ſunt
intelligenda, ne ſint *dict. l.* contraria, & faciliter
excuſabis contrarietatem ſi verba hæc *ni orden*,
retuleris (prout referenda credo) ad præcedentia
verba, *que ninguna ni algũa ciudad villa ni lugar rea-
lengo abadengo, ni orden*, ita vt nulla ciuitas villa nec
populus etiam ſi ſit ordinis alicuius excuſatur à
Gabella rerum ſuarum venditarum, ſicut neque
antea dixit excuſari etiam ſi ſit de *realengo* vel
abadengo, & ſic ad loca ordinis referuntur non
vero ad monaſteria ordinum, de quibus illa. *l. 6.*
loquitur, & ſic nullam contrarietatem conti-
nent.

Ibi, Behetria, quid ſit diximus *in rubrica tit. 3.*
num. 1. lib. 6. ſuprà.

Ibi, *Ningun cauallero*, & ſic nobilis etiam non
10 excuſatur à Gabellæ ſolutione, † etiam ſi ſit cõ-
mendator quatuor militarium ordinum *vt proba-
tur in l. 9 infrà eodem*, vbi dicemus aliqua, ſed vide-
tur iniuſta noſtra diſpoſitio, & illa itidem, cum
nobiles hos antiquiſſimum Hiſpaniæ ius ab
omni tributo liberauerit, *vt & patet ex toto titu. 2.*
lib. 6. ſuprà, vbi plura diximus maxime in eius rubrica: ſed
ab hac iniuſtitia liberat legem noſtram Domi-
nicus à Soto *lib. 3. de iuſt. & iur. quæſt. 5. articul. 7.*
quem refert in propoſitum Laſarte *de decim. vend.*
in præfa. num. 33. & in cap. 19. num. 2. hoc ſcilicet,
modo, quia cum plebs reliqua potis non eſſet
omnes neceſſarios ſumptus Regibus noſtris
ſuppeditare, propter magnam fortaſſis Hiſpanæ
nobilitatis multitudinem, æquitas fuit vt nobi-
lium auxilio releuaretur, ſicut & in conceſſione
11 † *De los millones*, a regno Regi ac Domino noſtro
Philippo ſecundo facta hac de cauſa & ex alijs
nobiles etiam contribuerant, in ijs enim caſibus
nobiles contribuunt *vt probatur ex l. 20. ti. 32. par.*
3. & dixi in l. 11. num. 2. tit. 2. lib. 1. ſuprà, cum hoc pu-
blicum commodum reſpiciat, vt Rex habeat ſi
neceſſitatus eſt, bona & redditus, qnibus ſtatum
ſuum & nos tueri poſſit tempore, quo redditus
ſui ad hoc non ſufficiunt.

Ibi, *Ni otras qualeſquier perſonas de qualquier ley*. &
ſic Iudæus, Maurus, Paganus vel quilibet alius
exterus à regno noſtro, ſi in eo aliquid vendat,
12 vel permutet debebit Gabellam † ex venditis, *vt
colligitur ex l. 24. tit. 19. infrà eodem*, eò quòd in totius
regni vtilitatem, & defenſionem hoc ius regale
penditur, *argumento tex. in Authentica, de man prin §.
publicorum*. quo caſu & peregrinos grauare de-
13 bent † regnicolarum tributa, *vt ex Anglet. in Flori.
Theolog. quæſt. in quæſtio. de reſt. vectig. Secunda dub. diffi-
cultate 6. notat Laſarte dict. cap. 19. num. 3.*

Ibi, *Por vſo ni coſtumbre*, non enim præſcribi po-
14 teſt ius hoc conſoluẽdi Gabellam, † *vt per Auend.*
cap. 4. prato. num. 20. lib. 2. quia de regalibus ſunt
*ſecundum eund. Auenda. cap. 14. prat. num. 1. in eodem
lib. 2.* de quo tamen, quando tributa regi debita,
& bona ac redditus Regij & immunitas non ſol-
uendi præſcribi poſſit, diximus latè *in. l. 1. nu. 41.
cum ſeq. tit. 15. lib. 4. ſuprà*. & cum lex noſtra con-
ſuetudinẽ reprobet apud tribunalia ſeruabitur.

Ibi, *Aunque ſea immemorial*. Cautè fuerunt appo-
ſita hæc verba ad euitandas opinionum difficul-
tates, an reprobata cõſuetudine eſſet nec nè re-
probata immemorialis, † de quo diximus *in l. 3.* 15
*t. 1. lib. 2. ſup. n. 21. & tradit Mincha. cõtro. vſufre cap. 3.
& Rochus in ca. fin. de conſuetud. n. 5. vſq. ad* 16. de quo
& in propoſitũ noſtræ legis tradit Laſarte *vbi ſu-
prà cap. 19. n. 6. & 7.* & Gironda *de Gabel. 7. par. in pri.
n. 1.* & cõcordat cum noſtra lege in hoc. *l. 2. t. 15.
li. 4. ſuprà*, vbi aliqua diximus, licet ibi magis lo-
quatur in ijs qui volunt eas exigere ob preten-
ſam præſcriptionem, inquit, tamen Gironda *vbi
ſuprà, 8. part. nume. 36. in fin. cum ſequentibus*, quòd ſi
immemorialis hæc conſuetudo cum ſcientia &
patientia † Regis vel ſuorum auditorum *vt ibi.* 16
nu. 38. & 39. fuerit introducta, hæc immemoria-
lis ſeruanda erit.

Ibi, *Aunque digan que nunca la pagaron, y que eſtan
en poſſeſſion de no la pagar*. & ſic etiam ſi dicatur
nunquam fuiſſe leges iubentes ſolui Gabellam
admiſſas in loco illo, neque per illam allegan-
tes, adhuc enim tunc ſoluenda eſt, *vt aduertit La-
ſarte. d. cap. 19. nu. 6.* ad hoc nos allegans, neque
quaſi poſſeſſio non ſoluendi eas dari in ijs po-
teſt, tum quia vbi ius reſiſtit nulla poſſeſſio vel
quaſi dari poteſt, *ex. tex. c. ad decimas de reſti. ſpoli.*
de quo alibi diximus, ius autem reſiſtit ne quis
ab hoc onere ſoluendi excuſetur, Rexque pro
eis percipiendis ex iure iſto fundat ſuam inten-
tionem: ergo poſſeſſio vel quaſi in contrarium
dari non poteſt, tum etiam quia in ijs incorpora-
libus *vt in propoſitum inquit Laſarte. d. c. 19. num. 49.*
vel factum aliquod contradictionis requiritur,
† vt & in actibus negatiuis, vt quaſi poſſeſſio ad- 17
quiratur, *ex gloſ. l. qui luminibus, ff. de ſeru. vrb.* con-
tradictio tamen non datur, vbi ſolum dicitur,
nunquam fuiſſe ſolutam, ergo quaſi poſſeſſio ibi
dari non poteſt, & ſic in terminis inquit ibi ipſe
Laſarte tradere Rebuf. *3. tom. conſt. Frau. titu. de
materijs poſſeſſor. in præfatione num. 159.* & dicit vi-
dendum Boheri. *deciſione 246* circa iſtam poſſeſ-
ſionem non ſoluendi vectigalia, ad has tamen
gloſas noſtras vbi probauimus conſuetudinem
etiam immemorialem non excuſare neq; quòd
nunquã fuit ſoluta, adde & nota quòd ſi Rex has
Gabellas in aliqua parte alicui conceſſerit, vel
donauerit contra iſtum bene habebit locum
præſcriptio etiam ſi non ſit † immemorialis 18
non ſoluendi, *ſecundum Suarez in quæſt. maioratus
numero vigeſimo-quarto, pag. 437. cum ſuis repetitioni-
bus poſitæ.*

Ibi, *Saluo ſi las tales mercedes y franquezas,
fueren aſſentadas en los nueſtros libros de lo ſaluado, y ſo-
bre eſcriptas de nueſtros contadores mayores*, Hic vide-
tur eſſe textum probantem contra id quod A-
uenda. *capit. 19. prat. numero 26. in pri. lib. primo*,
dicit concedi quotidie in Regio conſilio, vt ha-
bens duodecim liberos excuſetur à muneri-
bus realibus, ſicut à perſonalibus, & inquit
ibi ſe neſcire quo iure id fiat, & pro eo videtur

TITVLO XVIII. DE QVE TODAS LAS PERSONAS SON OBLIGADAS A PAGAR ALCAVALA, Y DE LAS PERSONAS Y CONCEIOS QVE SON EXEMPTOS DE ELLA, Y DE LAS COSAS DE QVE NO SE HA DE PAGAR.

CVM in ſuperiori titulo dictum ſit generaliter de Gabellis,immediate ſequitur noſter diſponens, omnes debere ſoluere Gabellas,niſi exempti ſint.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Nullus virtute etiam immemorialis conſuetudinis excuſatur à ſoluenda Gabella, niſi habeat priuilegium inſertum in libro exemptorum.

SVMMARIA.

1 *Confratriæ laicales non gaudent priuilegio piorum locorum, num. 1. niſi ad pias cauſas ſint conſtituta, vbi quod in collegijs, & numer. 7. id etiam proſequitur.*

2 *Collegia Doctorum & vniuerſitates ſcholarium coram eccleſiaſtico conueniuntur, numer. 3.*

3 *Moniales & hoſpitalia ab ordinario approbata pia ſunt numer. 4. & à Gabellis immunia, vt ibi, niſi vt numero 5. & 6.*

4 *Fratres ordinum mendicantium non ſoluunt Gabellam, nu. 7.*

5 *Collegium aliud eſt à confratria, & aliud perſona vna ſingularis eiuſdem, num. 8. & nu. 4. ex hoc infertur.*

6 *Verba,* ni orden, *noſtri text. ad quod referenda ſunt, eo, nu. 9.*

7 *Nobilis etiam non excuſatur à Gabella etiam ſi ſit de quatuor militaribus ordinibus, nu. 10. vbi n. 11. quod in milliones.*

8 *Exterus à Regno ſiue Maurus Iudeus aut Paganus ex venditis in eo debet Gabellam, num. 12.*

9 *Peregrinos grauant Regnicolarum tributa ob Regni vtilitatem impoſita, numero 13.*

10 *Ius non ſoluendi Gabellam præſcribi non poteſt, n. 14. etiam per tempus immemoriale, vt nu. 15. niſi vt n. 15. eodem, & nu. 16. quòd neque valebit allegare leges has non fuiſſe receptas, niſi poſt contradictionem tranſierit tempus immemoriale pro hoc vt numero 17. vel niſi contra inferiorem à Rege præſcribatur, vt num. 18.*

11 *Duodecim liberos habens an excuſetur à Gabella, numero 18. & 19.*

IBi, QVE NINGVNA NI ALGVNA CIVDAD. Et ſic neque ciuitas collegium vel capitulum ſeculare, neque confratria laicorum vbi nihil pro ex piaculo animarum expenditur excuſabuntur à Gabellæ ſolutione, cum confratriæ quæ piæ non reputantur laicales cenſeantur, neque gaudeant priuilegio piorum locorum
1 † *ex dictis per nos in earum propoſitum in. l. 10. tit. 1. lib. 4. ſuprà,* & tenent in terminis harum confraternitatum *Paul. de Caſtr. & Auen. & alij relati & ſecuti per Gironda inde Gabel. 7. part. in pri. numero 42.*
& hoc niſi bona talium confraternitatum & collegiorum ſint relicta & ſituata ad pias cauſas, puta in confratrijs *de la caridad*, & in collegijs
Salmanticenſis vniuerſitatis † vbi bona eorum 2
relicta ſunt pro ſuſtentatione pauperum ſtudentium, & aliorum ſimilium vniuerſitatum, & quia collegia doctorum & vniuerſitates Scholarium coram Eccleſiaſtico † conueniuntur *ſecun-* 3
dum Abb. capit. 1. numer. 4. de conſtit. & alios relatos per Gironda vbi ſuprà num. 42. vbi idem de monia-
libus & hoſpitalibus ab ordinario † approbatis, 4
& Laſarte de decim. venditio. cap. 19. numer. 90. diuerſum tamen ibi eſſe dicit Gironda, *in num. 40. & 43.* & Laſarte *ibidem numero 89.* in eremitis & fratribus tertij ordinis pœnitentiæ, & militibus
† Sanctæ Mariæ, & rectoribus hoſpitalium bona 5
poſſidentes & de ijs vtentes tanquam ſeculares,
niſi priuilegium habuerint exemptionis, † vel 6
niſi poſſiderent bona in communi, tanquam religioſi, *vt diximus in. l. 1. numero 2. & 3. cum ſequentibus titu. 14. lib. 6. ſuprà*, & ſic *vt ibi dicit Gironda, numero 45.* coram ſeculari conueniuntur, alij verò fratres Sancti Franciſci & quatuor ordi-
num mendicantium non ſoluunt Gabellas † de 7
bonis ſuis *vt per Gironda, ibi numero 39. & 40. contra Ancharran. & Firmia. ibi relatos*, & bene dicit adeò vt ſi plures vnuſquiſque de per ſe & pro ſe conuentionem faciant cum Çabellario pro omni Gabella ab eis ex rebus ſuis debenda, in illo anno pro tanta quantitate, & iſti omnes ſic ſe conuenientes habent quandam confratriam, & vendunt quæ ſuperſunt ex quadam comeſtione ipſius confratriæ expenſis ſuis comedendo, & reliqua remanentia ipſi confratriæ applicando, ex illis reliquis debebunt Gabellam nec ſe ab ea excuſare poſſunt virtute dictæ conuentionis per ipſos & pro ipſis factæ cum Gabellario illo, nam aliud eſt collegium & con-
fratria † aliud perſona vna ſingularis eiuſdem 8
vt ff. de rer. diui. l. interim. §. vniuerſitas & ff. de in ius. voc. l. ſed ſi hac. §. manumittitur & 12. quæſt. 2. C. qui manumittitur, & ſic diuerſo iure cenſendæ ſunt, vnde dicitur procuratorem ab vniuerſitate vel Collegio conſtitutum in cauſa ſin-
gularis † perſonę eiuſdem collegij eſſe nō poſſe. 9

l. 2.

Ibi, *En todo el año de ſu arrendamiento y en dos meſes deſpues de el otro año*, tempus hoc circa mobilia & ſemouentia, & circa immobilia tempus in verſ. *pero en quanto*, appoſitum ſeruanda ſunt, & non tempus appoſitum per legem ſequentem, quæ in quantum ad hoc, in quo eſt legi noſtrę contraria corrigitur per noſtram ſalua remanente in omnibus alijs ibidem diſpoſitis noſtræ legi non contrarijs, vt ibi aduertit ſubſcriptio marginalis, & ſic remanebit valida in eo quòd ibi diſponitur de interruptione præſcriptionis, & itidem in eo quòd diſponitur, in verſ. *Y eſto ſe entienda*, vt dicta præſcriptio quo ad regem ipſum non procedat cui quidem non præcluditur via petendi
6 etiam ſi legis noſtræ tempora, † & maiora quidem labantur, & tempus noſtræ legis aduerſus Gabellarios proderit etiam non dantibus tabellionibus copiam inſtrumentorum ipſis Gabellarijs, ſecundum quod *in dict. l. 10. ſuprà eodem*, diſponitur ſicut & prodeſt ipſis qui Gabellas debent, *vt bene aduertit Laſarte vbi ſupra, cap. 18 numero 71.* & intellectus aſſignatus per Laſarte, *in eodem cap. 18. num. 68. & 69.* inter legem noſtram & legem ſequentem, non applaudet, tum quia eſt contra aſſerta per dictam ſubſcriptionem marginalem, *dict. l. 20.* ſequentis, quæ ſubſcriptio eſt omnino ſequenda, *vt alias diximus in alio propoſito in rubric. tit. 2 lib. 6. ſuprà*, tum etiam quia lex noſtra non ſolum procedit cum bona ſiue mobilia ſiue immobilia venduntur facta ſcriptura de venditione ſiue non facta, & licet in immobilibus lex noſtra de ſcriptura meminerit, non eſt vt de ea omnino ſit inſtrumentum conficiendum, ſed quia à communiter accidentibus ſolet fieri, vt & in propoſitum *dict. l. 10 ſuprà eodem*, dixit ipſemet Laſarte ibi per me relatus, & ſicut intellectus Laſarte, inter legem noſtram & ſequentem non eſt ſequendus, ita neq; eſt tenendus ille de Gironda *de Gabel. 4 par. §. 2. num. 16.* indiſtinctè dicens legem noſtram corrigere legem ſequentem, nam non corrigit in omnibus, ſed in contrarijs tantum noſtræ legi vt ibi benè aduertit ſubſcriptio margioalis, & licet lex ſequens cum correcta ſit in tempore ibi conſtituto poſſet excuſari nè in noſtra copilatione apponeretur, ob quod male Laſarte *in dict. nu. 68.* carpit ſubſcriptorem & collectorem Attiença, non debuit illum carperé, tum quòd non in totum, vt dixi corrigitur ſequens lex, tum etiam quia oportet, apparere & conſtat multo ante leges quaterni Gabellarum eſſe alias leges aliorum regum de Gabellis loquen-
tes. Et qualiter computabitur annus hic, † declarat 7
Laſarte. *dict. cap. 18 num. 71.* ſcilicet vt ſolum proſit quòd deeſt illius anni à tempore venditionis, & inſuper currant alij duo menſes anni ſequentis poſt venditionem ſecuti, & eodem modo circa immobilia, de quibus in verſ. ſequenti noſtræ legis.

Ibi, *Todo el año ſiguiente*, vide quæ diximus in gloſ. præcedente, vbi & legem noſtram limitauimus non procedere ſi interrupta ſit præſcriptio noſtri temporis aliquo actu quo mediante præſcriptio interrumpitur: vel itidem non procedit quoad regem quo ad eum enim nihil obſtat tempus noſtræ legis, vt vtrumque in lege ſequente diſponitur, quæ in hoc per noſtram noo eſt correcta, *vt in præcedente glo. dictum eſt.* in
Gabellis autem herbarum † quo tempore debet 8
peti vide *l. 13. ſuprà eodem*, quæ cum ſpecialiter diſponat per eam lex noſtra generalis limitanda eſt.

Ibi, *dentro de dos años*, vide circa hoc *cap. 15. in punctuationibus Gaballarum* iam diſponens, quòd ſcripturæ venditionis immobilium & permutationis ac cambij omnino fiant coram tabellionibus publicis del numero loci illius in quo contrahentes ſunt vicini, & quòd ſi coram alijs
fiant nullo tempore Gabella eorum † præſcri- 9
batur, quæ tanquam nouior diſpoſitio ſeruanda eſt in ſuo caſu, ſed & adhuc teneo quod quamuis ſcriptura nnn fiat, ſi palam & publice facta eſt venditio & permutatio immobilium adhuc currit præſcriptio noſtri tex. ſecus vero ſi occulte & clam & *dict. cap. 15.* meminit Gironda, *vbi ſuprà, num. 16. ad fi.* quod capitulum præcedit, cum ſcriptura ſit.

LEX VIGESIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Apponitur hic præſcriptio contra conductores Gabellarum currens, & limitatio eius.

IBi, ALMOXARIFAZGOS. In ijs vide. *l. 1. tit. 24. infrà eodem*, quæ ſeruanda eſt circa præſcriptionis tempus in ijs portorijs apponens *vt aduertit Gironda de Gabel, 4. part. §. 2. num. 17.* & licet lex illa ſit antiquior noſtra, tamen, illa ſeruabitur eo quòd in libris *de la contaduria*, eſt appoſita, vt ibi dicit marginalis ſubſcriptio, limitabitur tamen, & lex illa ex noſtra vt non procedat quoties interrupta eſt præſcriptio, vel quoties contra Regem prę̨ſcribere quis vult, nam non ſufficeret tempus illud, vt vtrumque *ex. l. noſtra* probatur, quæ in ijs *vt dixi in lege præcedente in gloſ. en todo* non corrigitur.

Ibi, *Y quatro años*, circa Gabellas minuitur tempus ex lege præcedente, quæ ſeruanda eſt & circa *almoxarifazgos* ſeruabitur tempus *dict. l. 1. tit. 24. infrà eodem.*

Ibi, *Hizo algũ acto o actos por do la preſcripcion ſea interrumpida*, de quibus diximus *in. l. 7. & in. l. ſ. num. 41. tit. 15. lib. 4 ſuprà*, & hæc eſt prima limitatio noſtræ legis ad præcedentem & addictam. *l. 1. titul. 24. libr. iſto infrà.*

Ibi, *Y no aya lugar en lon que à nos es o fuere deuido ni en aquello que queda por recaudar para nos*. Hæc eſt ſecunda limitatio *legis præcedentis & dict. l. 1. tit. 24. infrà eodem*, vt tempus illarum non procedat quo ad Regem, quoad quem non procedit præſcriptio temporis illarum legum, & in ijs duabus limitationibus lex noſtra remanet incorrecta *vt pluries dictum eſt hic, & in l. præcedente*, & cum ijs finitur titulus iſte decimus ſeptimus.

5 *Gabella herbarum quo tempore peti debeant, num. 8.*
6 *Gabella nullo tempore præſcribitur bonorum immobilium ſi ſcriptura venditionis fiant coram alio quam tabellione loci vbi bona ſita ſunt, num. 9.*

IBi, POR RELEVAR A NVESTROS SVEDITTIS Y NATVRALES DE MOLESTIAS Y VEXACIONES INIVSTAS. Verbum hoc, iniuſtas multum eſt ponderandum & ad illud attendendum eſt enim maximæ importantiæ ſcire & verificare, quam ne iniuſtitiam verba hæc contineant nam ſi de iniuſta Gabella intelligeremus loqui, permitteret lex iniuſtas Gabellas peti, quod eſt abſurdum dicere, quia iniuſtas permittentes, & petentes peccant, & reſtitutioni
1 obligantur & cenſuras incurrunt, † *vt alibi diximus, & tradit Iacobus de Graſſjs, in dict. deciſione 124. num. 42. in deciſio. caſuum, conſcientiæ*, ergo nullo modo ſic poteſt lex noſtra intelligi, ſed ſi de iniuſta Gabella lex noſtra loquitur, ob hoc quòd petens eam licet tempore quo contracta fuit erat arrendator earum & ei pertinebat, tempore tamen petitionis non erat iam, & ſic vexabantur homines, neque vllus dabatur finis eas petendi, ſequitur hinc, quòd lapſo tempore noſtri text. iniuſtè petitur Gabella ab eo qui eam ante debebat & præſcriptam iam habet ex lapſu temporis noſtræ legis, & conſequenter cum iniuſtè petatur, iuſte eam reus denegat & in conſcientia illam ſoluere non tenetur, quòd tamen videtur contra per nos *dicta in. l. 1. huius titul.* quòd Gabella iuſta debetur in ſoro conſcientię etiam Gabellario eam non petente, & etiam lapſo no-
2 ſtri tex. tempore deberi † in conſcientia aſſerit Laſarte *de decim. vendi. cap. 18. num. 72. & 73.* & ſic neque vno nec alio modo videtur poſſe intelligi: niſi dixeris in hoc caſu in iuſtas vocari, quia lapſo termino noſtri text. præſumuntur recuperatæ ac ſolutæ, niſi contrarium probetur & ſic iniuſtè petuntur per Gabellarium lapſo termino: licet ſi ſolutæ nõ eſſent ſaltem in conſcientia videtur debitorem non excuſandum, *de quo in hac gloſ. dicemus.* Sed ſi itidem iniuſtas vocare legem noſtram moleſtias & vexationes habito reſpectu, ne ſub prætextu iuſtè debitarum Gabellarum, aliæ non debitæ petantur, & ſic iniuſte homines per Gabellarios moleſtentur, deducemus ex ijs, quòd lex noſtra metam & præſcriptionem tribueret iniuſtis Gabellis, iuſtis autem minimè, hoc autem eſt falſum, ergo & illud ex quo deducitur, qua de cauſa verba hæc, iniuſtas, vel ſuperfluè poſita eſſe, & præcedentia verba itidem, vel omnino tenenda eſt ſecunda declaratio horum verborum per me ſuprà poſita, & ſic dubiam eſſe opinionem & reddi dicti
3 Laſarte, tenentis in conſcientia † etiam lapſo termino noſtræ legis teneri debentem Gabellam eam ſoluere, nam ſi lex noſtra iniuſtam vocat petitionem poſt lapſum huius termini, ergo eo elapſo non eſt ſoluenda neque in exteriori, neque in interiori foro, item ſi lex noſtra terminum ponit Gabellario petendi Gabellam, & non vltra illum petere eam poteſt, ergo & debenti eam aſſignat terminum intra quem obligatur eam ſoluere, & eo lapſo tutus eſt ab ea, & ab eius ſolutione remanet liberatus, quia lex tantum intra illum terminum debitorem eius conſtituit, & non antea, quibus de cauſis & lectori relinquo locum latius cogitandi de intellectu horum verborum, & de veritate opinionis an debeatur in foro conſcientiæ Gabella præſcripta per lapſum noſtræ legis, in vno tamen caſu crederem indubitanter lapſo termino noſtræ legis non deberi Gabellam in conſcientia, ſcilicet quoties eam debens mortuus eſt, & eius hæres exiſtit in bona fide nihil de hoc ſciens & lapſus fuit terminus noſtræ legis. Sed an data mala fide idem ſit, hoc eſt quod cogitandum relinquo, nam licet ſcio præſcriptionem cum mala fide non procedere *ex text. in cap. fin. de præſcriptio.* ſcio etiam hanc noſtram legem eſſe cum alijs inſertam in quaterno Gabellarum, & cum ibidem inſeratur, vbi adſunt leges iubentes Gabellam ſolui, ita intelligendum eſt iuſſum fuiſſe, ſi intra terminum à lege noſtra præſcriptum petatur à Gabellario, *vt aſſerebat Auendaño in dictionario verbo, alcauala,* & ſic modificatio hæc ſecuras videtur reddere conſcientias illorum, qui non ſoluerunt Gabellas & lapſus eſt terminus in quo petendæ erant, & hoc cum contractus fiunt publicè & palam, *vt noſtra lex loquitur,* ita vt venire poſſint in notitiam Gabellarijs vel cum eſt conſuetum, quòd dicta venditionis denuntiatio non ſit neceſſario facienda publicanis, *vt inquit Couar. cap. peccatum. 2. part. §. 5. in fi. verſ. cæterum, & Salon de iuſ. & iu. in pag. 439. infrà alleganda, col. 1. ad fin. cum ſequentibus*, ſecus ſi occultè & fraudulenter, † nam tunc præſcriptio noſtri 4
text. non excuſaret, *vt inquit Angles, in floribus theolo. quæſt. titu. de reſtitutio. vectigal. 1. dubio, tomo. 2.* vbi inquit ſecundum conſuetudinem Hiſpanicam nullum teneri ſoluere Gabellas niſi petantur ab exactore, dum tamen venditiones palam, & nõ occultè fiãt, ſecus alias, *vt tenet alios allegãs Gironda de Gabellis. 12. part. n. 7.* & ſic *ſecundũ. l. 31. t. 19. infrà eodẽ* diſponitur, præconizandũ, vbi Gabella ſoluenda eſt, ſed in ijs vſum ſeruandum cuiuſque loci, inquit Salon, *de iuſ. & iure cap. 186. pag. 439. verſi. ſed qualis*, & cum hæc ita ſe habeant nimirum ſi cogitandum ſuper his relinquam prout relinquo, & conſuetudini vniuſcuiuſque loci ſtandum, *circa hoc DD. iam relati, & præſertim, Salon*, aſſerunt, & hoc cum publicè celebratur contractus, eſt difficultas, non verò ſi occulte, nam tunc indiſtinctè eſt ſoluenda Gabella.

Ibi, *De bienes muebles y ſemouientes*, & quæ ſint hæc & an iura & actiones comprehendantur diximus *in. l. 5. ſuprà iſto titu. & lib.* notandumque eſt quòd *ex hac. l. 129. ad l. 101.* inſertam in quaterno Gabellarum maius tempus conſtituentem conſtituebatur contrarietas magna, an ſe inuicem corrigerent, vel quomodo eſſent † in- 5
telligendæ, & dum earum literas multo ante conſideraſſem, dicebam & vere quòd illa lex. 101. loquebatur circa bona immobilia, in quibus maius tempus conſtituebatur, noſtra vero. 129. circa mobilia & ſemouentia, & erat hic earum genuinus ſenſus & intellectus, & per legẽ noſtrã erat approbatus clariſſimè, nam verſ. noſtrę legis, *Pero en quãto alas alcaualas*, erat pars illius *l. 101.* quæ nunc eſt. *l. 10. ſup. iſto t. & lib.* in qua cum *vt ibi dixi* nullũ iam apponatur verbũ de tẽpore, in noſtra fuit appoſitũ ad euitandas ſuperfluitates, & quia ibi non ſicut hic conuenire poterat.

Ibi,

clariſſimè, quod ſi non eſt exemptus à Rege locus ille vbi portantur & venduntur, ſi tamen ſunt loca vbi publicantur feriæ vel mercata franca & vbi fit franquiſia in toto vel in parte etiam ſi teſtimonium noſtri text. feratur, nihil proficiet ad excuſandum à Gabella, & à pœnis *dict. l. 4.* & conſequenter verſus hic, non eſt exceptio præcedentium verborum, ſed dictorum in princ. noſtræ legis, quòd eſt multum conſiderandum, aliter enim & lex noſtra confunderetur, *& dict. l. 4. titu 20. infrà eodem* procedere non poſſet, quòd vt melius percipias pono tibi principalem noſtri text conclusion. in pri. eius
3 poſitam ſcilicet, fabricantes † pannos cauſa negotiationis tenentur eos regiſtrare arrendatori Gabellæ pannorum illius loci vbi fabricantur, & ibi tenentur eorum Gabellam ſoluere reſpectu facti regiſtri, niſi intra triduum demonſtrauerint teſtimonium, de quo hic, in verſ. *salua ſi demro*, nam tunc excuſabuntur, & non aliter, etiam ſi dixerint & ſe excuſare voluerint, quòd eos portauerunt ad ferias & mercata, & loca quælibet vbi franqniſia Gabellæ in totum vel in parte portantibus ibidem merces & armenta publicata erat, in ijs enim etiam ſi teſtimonium dictum ferant, non excuſabuntur, & hoc colligitur *ex. l. 2* & *4. titu. 20. infrà eodem*, per quam noſtra in ijs verbis declaranda eſt, & colligitur etiam *ex verſ. ſi noſtri text.* dicente quòd ſi feriæ & hæc mercata & loca ad quæ portantur merces & armenta vel panni eſſent libera à Gabella ex Regis priuilegio ſitnato in libro *de los ſaluados*, tunc non deberet Gabellam iſte portator in loco ſuo neque alibi, neque incurreret alias pœnas portando dictum teſtimonium, & idem etiam *in dict. l. 4.* diſponitur, *& ex. l. 2. ibi no embargante que mueſtren*, & quia niſi ſic intelligamus *la tal alcauala auer ſido pagada en las tales villas y lugares y mercados francos*, ſuperfluus eſſet verſ. finalis noſtri text. vel ſaltem non eſſet exceptio de regula, & hinc credo noſtræ legis verum ſenſum, & niſi ſic intelligatur plurimas contrarietates decerpet *ex l. noſtra* doctus lector, & ad *dictas l. 2. & 4. titulo 20. infrà eodem* itidem.

Ibi, *Auiendo los vendido en lugares Realengos*, intellige, in quibus in toto vel in parte non eſt publicata franquiſia, nam ſi eſſet publicata etiam ſi eſſent loca regia nihil proficeret ſi non eſt de ſaluatis dictum teſtimonium *vt apparet ex dict. l. 2. titul. 20. infrà eodem in dict. verſ. no embargante in gloſ. præcedente relato.*

Ibi, *Pero ſi en los lugares de ſeñorio*, intellige in quibus dicta franquiſia publicata eſt, non vero aliter, vt & colligitur *ex dict. l. 2. titul. 20 infrà eodem*, quæ quidem leges cum noſtra niſi ſic intelligantur procedere non poſſent & confuſionem cuicumque generabunt.

Ibi, *Pero ſi los vendieron*, limitatio eſt dictorum ſuprà de ferijs & mercatis & locis etiam *de ſeñorio*, in quibus fuit franquiſia, ex Regis priuilegio & in libris eius ſcripta, nam tunc non debetur Gabella in locis regiſtri.

Ibi, *Moſtrando teſtimonio en la manera que dicha es*, & hoc teſtimonium debet eſſe ſignatum à tabellione publico ex iudicis illius loci mandato & cum iuramento, ambarum partium, ſcilicet, ementis & vendentis, & debet etiam continere quod panni venditi ibidem ſunt in tali parte & loco & quibus perſonis, & quòd non fuit ſoluta Gabella, quia locus ille eſt exemptus à ſolutione Gabellæ ex Regis priuilegio inſerto in libro *de los ſaluados.*

LEX DECIMA-OCTAVA.

SVMMARIVM LEGIS.

A quo ſit ſoluenda auri & argenti venditi Gabella, & in qua quantitate declarat lex noſtra.

SVMMARIA.

1 *Gabellam an debeant artifices, opifices & figularij argenti & auri, numero 1.*
2 *Infector, vulgo,* tintorero, *an debeat Gabellam, n. 2.*

IBi, PORQVE, de iſta lege & in propoſitum eius multa dixit Laſarte *de decim. vendi. cap. 2. numero 1. cum ſequentibus plur.*

Ibi, *Mandamos que de el oro ageno que labrare.* Bart. *in locis relatis per Laſarte vbi ſuprà cap. 2. num. 1. in fin. cum ſequentibus*, circa hæc diſtinguebat & optime, & Gironda *de Gabel. 7. part. §. 2. numero 10.* verum tamen legis noſtræ diſtinctio ſequenda eſt, quæ quidem non tantum procedit in auro, ſed in argento & in omni alio metallo, & materia vbi factum etiam hominis verſatur, *ſecundum Laſarte ibi, numer. 22.* & quid in opificibus artificibus, & figularijs † an debeant Gabellam 1
tradit ibi Laſarte *numer. 25.* & Gironda *7. part. §. 2. num. 14.* vbi inquit regia executoria compulſos eſſe ſoluere Gabellam, *& numer. 15.* dubitat ibi Gironda, quid in infectore vulgo tintorero, † & inquit quòd non debet Gabellam, & 2
quòd ſic executoria regia vidit deciſum.

LEX DECIMA-NONA.

SVMMARIVM LEGIS.

Intra quod tempus petenda eſt Gabella bonorum mobilium ſe mouentium & immobilium, declarat lex noſtra.

SVMMARIA.

1 *Gabellas & collectas iniuſtas permittentes, & petentes peccant & reſtitutioni obligantur, num. 1.*
2 *Gabella iuſta debetur in conſcientia etiam Gabellario non petente & lapſo termino, num. 2. & 3. examinatur, & 4.*
3 *Intellectus legũ. 129 & 101. quaterni Gabellarũ, n. 5.*
4 *Rex poteſt petere Gabellas debitas à venditoribus omni in tempore, numer. 6. & numer. 7. à quo tempore computatur annus noſtri tex.*

LEX DECIMA-SEPTIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Qui in domibus ſuis per viam negotiationis operationem pannorum habuerint tenentur eorum ſoluere Gabellam, & regiſtrare pannos Gabellario, etiam ſi dicant, quòd extra populum illos vendiderint in aliquibus ferijs & mercatis, vel in alijs quibuſlibet locis ſub noſtri text. pœna, niſi teſtimonio fide digno demonſtrauerint intra triduum, ſe in illis locis Gabellam ſoluiſſe, ſi in locis realengis venditiones celebrauerint, ſecus ſi in locis de ſeñorio, *vbi fit gratia & quita, quæ non eſt inſerta in libris* de los ſaluados. *Et hoc ſummarium totam legis continet contexturam, & aſſumitur ſecundum verum, & genuinum noſtræ legis ſenſum.*

SVMMARIA.

1 *Dictio,* qualquier, *omnia includit, & nihil excludit, numer. 1. niſi aliud ex mente diſponentis conſtet, vt ibi.*

2 *Gabella non debetur ex venditis alio in loco quam habitationis, dum tamen in tali venditionis loco non ſit publicata franquiſia in toto vel in parte, nu. 2.*

3 *In ellectus noſtra legis & l. 4. tit. 20. infrà eodem, in dict. nu. 2. ponitur.*

4 *Fabricantes pannos tenentur eos regiſtrare arrendatori Gabellæ illius, nu. 3. vt ibi.*

IBi, QVE TVVIEREN POR TRACO OBRAR Y HAZER PICOTES SAYALES FRISAS, ponderanda ſunt hæc verba, nam ex eis colligitur clare legem noſtram loqui in ſua principali diſpoſitione in ijs perſonis, quæ per viam negotiationis habent pannorum operationem, quaſi ſecus in illis, quæ non operantur ea, ſed emunt pannos factos & in domibus ſuis vendunt, vel extra domos ſuas foras mittunt ad vendendum, in ijs enim perſonis non loquitur lex noſtra, & ſic extra caſum ſuum non extendenda, niſi concurreret caſus. *l. 2. & 4. tit. 20. infrà eod.* nam tunc & ij tenerētur pœnis harum *legum. 2. & 4.* ſi earum diſpoſitionibus contrauenirent, de quibus & in lege ſit mentio, etiam quo ad hos pannorum operatores & fabricatores. Et noſtræ legis meminit Gironda, *de Gabel. 6. parte, nu. 35. cum ſeq.* vbi *ex. l. 6. ſuprà eod.* aliud dicit eſſe de pannis, quos nauigatione ad Hiſpalenſem ciuitatem mercatores vendendos vehunt, quoniam de ijs Gabella Hiſpali debetur: quamuis alio vendantur loco, & antequam Hiſpalim perueniant, ſecundum tenorem d. l. 6.

Ibi, *Y otros qualeſquier paños,* vniuerſalis hæc, *qualeſquier*, declarat illam dictionem, otros, vt non ſolum de ſimilibus ſed etiam de diſſimilibus pannis lex noſtra loquatur, & ſic in fabricatoribus & operatoribus quorumcumque pannorum eos facientibus negotiationis cauſa, nam dictio hæc, *qualeſquier*, omnia includit, & nihil excludit,
1 † *vt diximus in. l. 7. n. 1. tit. 3. & in. l. 2. n. 2. tit. 6. & in. l. 2. tit. 11. n. 1. & 2. & in. l. 7. tit. 8. n 56. lib. 5. ſuprà,* niſi aliud ex mente diſponentis conſtaret.

Ibi, *En algunas ferias y mercados,* intellige de non ſaluatis & inſertis in libro, *de los ſaluados. y excuſados,* in quibus ferijs & mercatis franchiſia fit per concilia, vel dominos ipſorum populorum, in ijs enim locis ſi vendiderint pannos, vel ad vendendum eos ibidem portauerint, debebunt Gabellam in loco a quo eos extraxerunt, ſecus verò ſi feriæ & mercata illa eſſent de ſaluatis, vel ſi non eſſent nulla ibidem franchiſia fiebat, tunc enim monſtrando teſtimonium in lege noſtra deſcriptum nulla deberetur Gabella, ex pannis ibidem venditis, neque ſoluenda erit in loco à quo extracti fuerunt *vt apparet ex fine legis noſtræ & ex l. 2. & 4. tit. 20. infra iſto lib.*

Ibi, *Y en otras partes qualeſquier.* verba hæc omnino ex diſponentis mente & voluntate reſtrictè intelligenda ſunt, non vero ita vniuerſaliter, ſicut diximus intelligi hæc verba in prin. legis noſtræ poſita, nam hic reſtringuntur ex mente legis noſtræ vt hæc verba intelligantur. de alijs locis, in quibus licet ibi non fiant feriæ & mercata, tamen eſt publicata franquiſia aliqua, non vero intelligantur hæc verba in locis vbi non publicatur franquiſia, feriæ, mercata franca in toto vel in parte, in ijs enim ſi trabatur teſtimonium de quo lex noſtra dicit, non debebit Gabellam venditor † in loco domicilij, & quod ita 2
ſit colligitur, *ex fine noſtræ legis & ex dict. l. 4 tit. 20. infra eodem, & ex verſ. ſequente, ſaluo ſi dentro de tres dias.* vbi dicemus.

Ibi, *Saluo ſi dentro de tres dias,* limitatio hæc, non refertur ad proximè præcedentia verba, vbi de ferijs & mercatis dicitur, ſed ad principium legis noſtræ refertur, aliter enim ſi ad proxima verba referretur, vbi de ferijs & mercatis & locis vbi ſit franquiſia fit mentio, deſtrueretur diſpoſitio *dicta legis ſecunda, & 4. titulo 20. infrà eodem libro,* generaliter diſponentis, quòd cum merces vel armenta portantur ad vendendum ad loca dominorum & vbi publicatur franquiſia, & feriæ & mercata, non ſaluata fiunt, omnino teneatur portans ad ſoluendam Gabellam in loco vbi viuit & à quo ea extraxit & incurrit alias pœnas ibi contentas ita vt ſi ibi portentur & vendantur & afferatur teſtimonium, de quo hic nihil proficeret, aliter enim *dicta lex quarta,* deſtrueretur, idque etiam deducitur ex fine noſtræ leg dum dicitur quòd ſi portantur ad ferias & mercata inſerta in libro *de los ſaluados,* ferēdo teſtimonium, quòd ibi ea portauit, & quòd eſt locus ille *de los ſaluados,* nullam debebit Gabellam, in loco ſuo, ſed ſi in locis ijs exemptis à Rege ferendo teſtimonium liberatur venditor ibi vendens merces extractas à populo & terra ſua, ergo concluditur clariſſimè,

legem noſtram ad hoc allegat Gutierrez *conſilio. 19. numero tertio,& eo relato Gironda de Gabel,4. parte §. 2. numero 17.* & habes hic text. probantem ex
1 herbis venditis deberi Gabellam, † & idem deſumitur *ex leg. 9. titulo 18.infrà iſto libro*,quæ iura ad hoc allegat Gironda *de Gabel, 8. par. nu. 21.* vbi *nu. 23* inquit hoc declarari per cap. 26. in nouis Gabellarum punctuationibus, vt procedat quoties tempore venditionis herba eſt iam demonſtrata, ſecus vero alias, & ibidem ipſe Gironda idem intelligit in caſtaneis, glandibus & alijs fructibus terræ vt eorum debeatur Gabella ſi tunc temporis erant † fructus demonſtrati, aliter enim eſſet locatio & non venditio, *vt latè aduertit Ripa de peſte, titu. de priuil. contract. cauſ. peſtis, numer. 46. cum plur. ſequentibus*, & ſic eſt tenendum niſi aliud de conſuetudine antiqua eſſet receptum, & declaratum, nam tunc illud ſeruabitur, prout vidi in aliquibus locis ſeruari, licet in alijs non ſeruetur. 2

LEX DECIMA-QVARTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Pharmacopolæ de omnibus rebus Gabellam ſoluere tenentur, niſi de aliquibus aliud ſit infra diſpoſitum.

SVMMARIA.

1 *Gabella quomodo & quando debeatur de medicamentis pharmacopolarum, numer. 1. & 2.*

IBi, Pagven alcavala, intellige niſi ſint de illis,quæ Medici ſolent infirmis præ-
1 bere,& eis ordinare, † & de alijs ſpecificatis hodie per pragmaticam Ferdinandi & Eliſabeth anno 1493. quæ nunc deſcripta eſt in quaterno nouiter addito ad recopilationem noſtram, quæ quidem pragmatica immediate poſt legem noſtram inſerta iam eſt,de qua meminit Laſarte,*de decima vendit. ca. 20. 72. & 73.* vbi licet confuse legem noſtram procedere dicat, clariſſima tamen eſt eius diſpoſitio,nam duas regulas conſtituit, prima eſt, quòd de medicamentis compoſitis ibidem deſignatis, quæ facta ſunt pro infirmis & dolentibus,non eſt ſoluenda Gabella.Secunda regula eſt, quòd & de alijs medicamentis etiam ſimplicibus, quæ medici infirmis, & dolentibus iubent præſtari, nulla itidem debetur Gabella. Et ſic reſolutiuè habes, quòd tam de compoſitis,quam de ſimplicibus pro infirmis & dolentibus geſtis & præparatis pro medicinis infirmorum & dolentium nulla debetur † Gabella per Pharmacopolas, ſed de alijs rebus ſolitis præberi ſanis vtique eam debebunt, & hoc eſt, quòd in ſumma dicta pragmatica clariſſimè diſponit,quidquid dicat Salazar, *de vſu & conſuetudine cap. 4. nu. 55.* niſi eum ſic intelligas. 2

LEX XIV. TIT. XVII.

SVMMARIVM LEGIS.

Pharmacopolæ de quibus rebus & confectionibus debent ſoluere Gabellam.

SVMMARIA.

1 *Pharmacopolæ de quibus rebus,& confectionibus Gabellam ſoluere teneantur, n. 1.*

IBi, Otro si. Hunc ego.§.inſerui referendo eum & declarando, ſuper hac eadem lege 14. & nunc ei additur,quia in Recopilat. hac noſtra nō erat inſertus.§.hic quia.ibi illum declaraui. 1

LEX DECIMA-QVINTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Carnifices carnis mortuæ debere Gabellam, & ipſius Gabellæ certo in tempore præbere rationem,etiam ſi pro alijs carnem menſurentur ſub certa pœna,diſponit lex noſtra.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur de piſcibus & carnibus, quæ in macellis minutatim venduntur, numer. 1. vbi numero 2. quid ſi macellum eſt liberum.*

IBi, De la carne qve mataren, idem diſponit lex. 7. ſuprà eodem, vbi aliqua dicimus. Sed an de piſcibus & carnibus, quæ
1 minutatim venduntur in macellis Gabella † debeatur pro vtraque parte allegantes in deciſum reliquere Alberi. & Franciſ. Lucan. relati per Gironda, *in tract. de Gabellis. 8. part. num. 27.* vbi *nu. 28.* inquit deciſum, quod debeatur *per. l. 32. titu. 19. infrà hoc lib.* & lex noſtra eſt etiam ad hoc clara, & *dicta. l. 7. ſuprà eodem, & ex l. 16.* ſequente idem diſponitur.Quæ quidem *lex.16.* eſt ampliatiua noſtræ *legis. 15.* & ſimilium, vt procedant, etiam ſi caro illa mortua non ſit ipſorum carnificum, ſed aliorum pro quibus eam menſurantur, & idem videtur diſpoſitum *in. l. 7. ſuprà eodem*, quæ licet in carnificibus locorum particularium loquatur, per noſtram, *l. 16.* ampliatur ad carnifices quorumcúmque locorum,vt idem in eis, quod in tabernarijs vinum aliorum vendentibus diſponitur, dicendum ſit, ſecundum quod *in. l. 8.* diſpoſitum habemus:Et quid ſi macellum eſt liberum, † vide Girondam, *de Gabellis, 6. part. num. 40.* 2

LEX.

pagar el alcauala con el quatrotanto al nueſtro arrendador, probatur clariſſime.

Ibi, *Por no ſer acabada la paga*, non enim pro Gabellæ recuperatione a venditore ſoluendæ vel ab alio a quo debetur, eſt expectandum tempus ſolutioni conſtitutum pecuniarum pro re vendita promiſſarum ſed ſtatim peti poteſt Gabella
† emptione facta vt in hoc titulo remanet di- 7
ctum, & ideo iuſte iubet lex noſtra tabelliones non excuſandos dare copiam ſcripturarum venditionum & contractuum Gabellario, etiam ſi dicant debiti principalis nondum eſſe terminum impletum, vt ad noſtram legem notat Laſarte *vbi ſupra capitulo 6. num. 27.*

LEX VNDECIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Iudices tenentur ad petitionem Gabellariorum facere informationem ſuper fraudibus commiſſis ad occultandas Gabellas.

SVMMARIA.

1 *Fraudatores Gabellarum iuſtarum ad reſtitutionem tenentur, numero primo.*
2 *Gabella non debetur ex donationibus, nu. 2. niſi vt ibi.*
3 *Fraus non ſit hoc vel illo modo contrahendo niſi ratione euitandæ Gabellæ ſimuletur contractus, num. 3.*
4 *Fraus quibus modis fiat, & quomodo probetur, num. 4.*

IBi, DE DEFRAVDAR NVESTRAS ALCAVALAS, quòd nulli licet facere & malitijs & fraudibus non eſt vtendum præſertim contra Regem & eius Gabellarum conductores, imo fraudatores vectigalium & Gabellarum iu-
1 ſtarum, ad reſtitutionem tenentur, † *vt in hoc dictum eſt titulo, & tradit Laſarte de decim. venditio. capitul. 18. num. 39. & Gironda de Gabel. parte 12. n. 6. & 7.*

Ibi, *Haze que los contratos de ventas ſuenen donaciones*. Hic eſt text. probans quòd ex donationibus non debetur Gabella, niſi fraudulenter fiant,
† ſimulando eſſe donationem id quod eſt vera 2
venditio, *vt notauimus in. l. 2. gloſſa magn. ſupra iſto titul. & libro*: tenentur tamen Gabellarij fraudem probare: nam alleganti fraudem vel dolum incumbit onus probandi, *vt eſt text. in. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio.* etiam ſi alteri fiat præiudicium *vt per Franciſ. Bectum. conſ. 52. numero 25.* licet per præſumptiones probetur, *vt ibi per eum, numero 43. & iterum conſilio ſeptuageſimo-ſecundo, numero 20. & in alijs pluribus conſilijs & locis ordinarijs, quæ longum eſſet referre*, inquit tamen Laſarte *de decim. vendi. cap. 2. num. 37.* quòd fraus non ſit hoc vel illo modo contrahendo niſi ratione euitandæ Gabellæ
† principaliter fiat, quod eſt bonum verbum ad 3
excuſandos reos de fraude accuſatos, & de fraude, quibus modis fiat & quomodo † probetur in 4
Gabellis, *latè tradit Gironda in tractatu de Gabel. 12. parte per totam.*

LEX DVODECIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Gabella herbarum Magiſtratus de Calatraua quomodo & quando ſoluenda ſit.

SVMMARIA.

1 *Quibus Gabellarijs vnius aut alterius temporis ſoluenda eſt Gabella, numero 1.*

IBi, Y SE AYAN DE DEMANDAR Y DEMANDEN EN EL AÑO QVE LOS DICHOS GANADOS ENTRAREN AHERVAIAR, EN LAS DEHESAS NO EMBARGANTE QVE LA AVENENCIA DE LA TAL ALCAVALA SE HAGA EN EL OTRO AÑO SIGVIENTE. Hunc text. conſiderat Laſarte, *in capitulo tertio, nume. vndecimo, de decim. vendit.* ad hoc quòd ad petendam Gabellam & recuperandam tempus contractus inſpiciendum eſt, ita vt ſint præferendi Gabellarij
illius temporis pro Gabella iſta Gabellarijs † il- 1
lius alterius tēporis quo de Gabella cōuenitur.

LEX DECIMA-TERTIA.

SVMMARIVM LEGIS.

Vſque ad quòd tempus Gabellarij herbarum poſſunt earum petere Gabellam.

SVMMARIA.

1 *Gabella debetur ex herbis venditis, numero 1.*
2 *Gabella fructuum iam demonſtratorum venditorum debetur, nume. 2. ſecus verò, ſi non eſſent demonſtrati vt ibi, niſi aliud eſſet de conſuetudine vt ibi.*

IBi, HASTA FIN DEL AÑO DE LAS SALIDAS DE LOS GANADOS Y NO DEN DE EN ADELANTE, lex hæc generalis eſt, ita vt in omnibus partibus, in quibus herbarum debetur Gabella per eius conductores ſit ſoluenda intra tempus à lege noſtra deſcriptum & non vltra, & ſic lex præcedens, quæ diſpoſuit quibus Gabellarijs debeatur Gabella herbarum Calatraue declaretur per noſtram, imo addat noſtra illi, quòd illam Gabellarij quibus competit petant, intra legis noſtræ terminum, & non vltra, & ita colligebatur clarius ex contextura antiqua in qua lex noſtra erat etiam inſerta, & nunc diuiſa eſt vt per eam declaretur lex præcedens, & generalis lex noſtra ſit ad omnia loca, in quibus Gabella Herbarum debetur, & ſoluenda eſt, & legem

Digitized by Google

ditionis aut permutationis, neque erit neceſſe recurrere ad tabellionem publicum loci proxi-
1 mioris, & crederem ſine dubio quòd ſic, † quia ſicut ſufficit tabellio publicus loci proximioris, ſufficere debet tabellio publicus loci ipſius vbi extant bona licet non ſit de numero, eo quòd ibidem non ſunt alij de numero tabelliones, item & ſic probatur *ex l. 1. titu. 25. lib. 4. ſuprà ibi, pero que en las aldeas*, dum tamen, *ſecundum. l. noſtram*, non ſint tabelliones Regis aut notarij Apoſtolici ijs enim prohibetur per legem noſtram quoad eius materiam.

Ibi, *Que ningunos otros eſcriuanos Reales ni Apoſtolicos*. De quibus diximus *in rubrica titu. 25. lib. 4. ſuprà*, quiquidem non poſſunt ſe in ijs conficiendis ſcripturis intromittere, vt ibidem dixi.

Ibi, *So pena de priuacion de ſus officios*. Hæc clauſula meo videri ſolum refertur ad proximiorem diſpoſitionem, ſcilicet, dum prohibetor, tabelliones Regios & apoſtolicos, ſe circa hæc intromittere, ita vt ij ſi aliud faciant incurrant priuationem hanc officiorum, non vero referatur ad primæuam noſtræ legis diſpoſitionem, vbi diſpoſitum fuit venditiones & permutationes rerum immobiliom faciendas eſſe coram tabellionibus loci, vbi bona ſita ſunt, quia cum hæ ſint differentes diſpoſitiones ab illa, ne ſcilicet, tabelliones Regij vel apoſtolici, ſe circa hæc intromittaot, ad proximiora pœna hæc referenda eſt, non vero ad remotiora, *ex dictis in. l. 1. C. de ijs quib. vt indi. & in alijs pluribus locis*, & quia ſic videmus declaratum per praxim ordinariam: nam coram tabellionibus publicis & numerarijs aliorum locorum & territoriorum, quam vbi bona extant fiunt quotidie hæ ſcripturæ venditionum, & permutationum, & nunqoam vidimus eos hoc neque alia pœna ob hoc puniri, licet male faciant, & deberent aliqua puniri pœna, vt tenorem & diſpoſitionem noſtræ legis non frangerent, neque ei contrauenirent, & vt ſoluerent Gabellam Gabellario loci bonorum ſi ſoluta non eſſet, & hæc mea conſideratio corroboratur *ex dictis in. l. 19. iſtius tit. num. 9.*

Ibi, *Y que los dichos eſcriuanes ante quien los dichos contrates paſſaren*, non intelligas ex ijs verbis & diſpoſitione noſtri text. imponi neceſſitatem venditoribus & permutatoribus bonorum immobilium vt teneantur omnino coram tabellionibus inſtrumenta & ſcripturas horum bonorum facere, vt Gabella debeatur ſed quòd in caſo quo velint vt fiant, ſeruetur noſtri text. forma & diſpoſitio, nam etiam ſine ſcriptura poterunt vendere & permutare hic bona immobilia quæ alibi habent ſolo eorum verbo & conſenſu, vel cum ſcedula priuata, *vt optime aduertit Laſarte de decim. vend. capit. 18. num. 70.* & debebitur Gabella, *vt inquit Pet. Nauarra, de reſtitutio. lib. 3. capit. 1. nume. 241. cum 4. ſequentibus.*

Ibi, *Sean tenudos de dar copia*. Cum tabellionibus loquuntur hæc verba, ſed idem erit cum partibus debentibus Gabellam, nam ad petitionem Gabellariorum compellentur edere inſtrumenta venditionum & permutationum vt videatur
2 quam nè debeant Gabellam † nam ſicut fiſco petente Gabellam, tenetur aduerſarios edere inſtrumenta, *vt ex. l. 3. C. de edend. explicat Iaſ. in. l. 1. num. 7. & 8. C. eodem titul. & Marcus Anto. Peregri. in tracta. de priuil. fiſci. lib. 7. tit. 3. num. 11. pag. 402.* ita etiam editio hæc fieri debet Gabellario qui in iure fiſci ſuccedit, † vt in propoſitum noſtræ 3
legis notat Laſarte *de decim. vendend. capitulo decimo-octauo numer. 13.*

Ibi, *Y empeñamientos*, Laſarte *in dicto tractatu de decim. vendi. capitul. 10. numero quinto*, dubitat & bene quomodo de pignoribus loquitur hæc lex, cum de eis nulla debeatur Gabella, non enim fit alienatio neque venditio rei pignoratæ, & ſic Gabella non debetur, ideo dicit ipſe legem noſtram intelligendam eſſe de cenſus conſtitutione & reali pignoratione, aliter enim abſurditatem contineret. Sed hic intellectus non quadrat, quia ſi intelligimus de cenſu redimibili, hæc venditio reputatur, & non pignoratio, & ſic Gabella debetur, ſed ſi intelligimus de cenſu emphyteuſi de eo Gabella non debetur, quia non eſt venditio, ſed locationi potius aſſimilatur, † *ſecundum* 4
text. in. l. 28. parte quinta, titulo octauo, ideo inquit ipſe Laſarte, quod poſſunt intelligi hæc verba quòd in eis & in noſtra lege ſolum iubetur tabellionibus, vt omnium illorum contractuum copiam præbere Gabellarijs teneantur, non quia ex omnibus Gabella debeatur, ea enim ſpecialibus legibus diffinita eſt ex quibus contractibus ſoluenda ſit, ſed quia in omnibus eſſe poteſt aliqoa vel occulta venditio ſeu permutatio ſub alterius contractus titulo & nomine celebrata in fraudem Gabellariorum, prout aduertit lex ſequens, atque ideo nedum eorum contractuum ex quibus plane Gabella debetur, ſed generaliter omnium aliorum contractuum in quibus fraus ſimiliter adhiberi poteſt, iubetur tabellionibus copiam præbere Gabellarijs, & hic verus & genuinus horum verborum, empeñamientos, intellectus eſt, nam & poteſt pignori tradires ſub iuſto pretio, & conueniri inter dominum rei, & illum, qui in pignus eam accipit, quòd niſi intra certum tempus expignoret, remaneat empta iuſto pretio, † arbitrio boni viri 5
ex. l. ſi fundus §. fin. ff. de pignoribus tex. in. l. 41. titulo quinto, & leg. 12. titulo decimo-tertio, part. quinta, vel quando ita pro tanto pretio pignoraretur quòd nulla eſſet certa ſpes luitionis, tunc enim quia fraus præſumi poſſet dando in pignus rem pro omni eo, quod valet, non nominando neque dicendo quòd eam vendebat pro illo pretio nimirum ſi lex noſtra etiam pignorationum inſtrumenta edere iubeat, vt videant Gabellarij an fraus aliqua lateat ſub nomine pignoris & petant ius ſuom.

Ibi, *En qualquier tiempo*, in contextura antiqua tempus hoc limitabatur, hodie ex lege noſtra in quocunque tempore pateat & verificetur, tabelliones iuſtas & veras ac omnes copias non tradiſſe Gabellarijs, tenentur pro Gabella non datorum cum quadruplo, *vt aduertit Laſarte, de decima vendit. cap. 18 numer. 71.*

Ibi, *Que el alcauala que montare en lo tal paguen los dichos eſcriuanos con el quatrotanto*. Sed cuinam hæc ſolutio facienda eſt, dic fiſco, Gabellario, vel conductori Gabellarum, nam illi eſt applicanda Gabella & quadruplum qui damnum † paſſus 6
eſt, *vt apparet ex dictis per Auendaño capitulo ſeptimo præt. numero 4. in prin. libro primo, & ex verſ. noſtra legis ſuprà poſito, Y ſo pena de priuacion de los officios, y de*

pagar

& hoc quia ipſi tabernarij ſcient melius quæ nam Gabella debeatur ex venditione vini, quam Dominus ipſe, & ſic nimirum quòd ipſi tabernarij iurare teneantur, & quia cum lex noſtra ipſis tabernarijs iniungat quòd retineant penes ſe Gabellam, & eam ſoluant Gabellario, & collectori Gabellæ illius, ac ſi vinum eſſet ſuum, nimirum ſi tanquam partes obligatæ iurare teneantur.

Ibi, *Que les prendan los cuerpos*, id præcipere potuit lex, cum iam ipſos tabernarios obligauerit ad retentionem & ſolutionem Gabellæ vini alieni ab eis venditi, aliter enim iniuſtum eſſet, quem ob alterius culpam puniri, & procuratorem teneri pro domino, cum ſtatuto fieri non poſſet vt
vnus pro culpa † alterius puniretur, *vt per Couar.* 4
lib. 2. var. cap. 8. nume. 7. anima enim quæ peccauerit ipſa morietur, de quo nouiſſime agitur per Gutierrez, *in 2. part. ſuarum canonicarum quæſtio. cap.*

LEX NONA.

SVMMARIVM LEGIS.

Bonorum immobilium vbi Gabella ſoluenda eſt.

SVMMARIA.

1 *Gabella bonorum, immobilium in loco vbi ſunt ſita eſt ſoluenda, quòd ſi locus ſit liber à Gabellis non debebitur, numero 1.*

2 *Lex noſtra ad alia loca quam in ea expreſſa non eſt extendenda, num. 2.*

Ibi, De los bienes rayzes. Et ſic de immobilibus, quid tamen erit de cenſibus, vel fructibus pendentibus in fundo vel arboribus nondum auulſis, & de iuribus & actionibus diximus late *in l. 5. gloſ. 1. ſuprà iſto titu. & lib.* & intellige etiam ſi bona ſint in locis *de ſeñorio, vt per Gironda de Gabel, 6. parte numer.* 28.
vbi idem dicit ſi locus ille ſit liber à Gabella,
nam & tunc locus † vbi ſita ſunt bona conſide- 1
rabitur vt Gabella non debeatur, ſi liber eſt locus ille à Gabellis, & faciunt dicta per Tiraquel. *de retract. linag. §. 1. glo. 2. numer. 48. & 49.*

Ibi, *Con que*, hæc eſt limitatio principalis concluſionis noſtri text. & ſic ad alium vel locum non eſt extendenda, quia limitatio vltra caſum limitatum non procedit, maxime cum in fauorem loci alicuius limitatio procedit, tunc eſt cla-
rius ad alia loca † non extendi legem noſtram, 2
& aliqua dicit Laſarte *de decim vend. cap. 4. numero* 29. & 30.

LEX DECIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Venditiones & permutationes bonorum immobilium fiant coram tabellionibus del numero, locorum vbi bona immobilia exiſtunt, quòd ſi ibidem tabellio non adfuerit, fiant coram tabellione publico loci Realengi propinquioris exiſtentis & contenti in arrendamiento illo loci illius vbi non adeſt tabellio, & quod nulli alij tabelliones Regij vel apoſtoli recipiant tales contractus, ſub pœna priuationis, & ſolutionis Gabellæ cum quadruplo. Et quod tabelliones præſtant Gabellario copias venditionum & permutationum ſecundum quòd hic diſponitur & ſub eius pœna, & iudices ad hoc eos compellant.

SVMMARIA.

2 *Venditiones aut permutationes an fieri poſſint coram publico tabellione loci vbi bona ſita ſunt, ſi ibidem non adſint tabelliones* del numero, *numero 1.*

2 *Fiſco petenti Gabellam edere tenetur reus inſtrumenta, & Gabellario itidem, numer. 2. & 3.*

3 *Verba*, empeñamientos, *noſtri tex. quomodo intelligantur, num. 4. & 5.*

4 *Quadrupli pœna noſtri text. cui eſt applicanda, num. 6.*

5. *Gabella ſtatim emptione facta peti poteſt, & ſoluenda eſt, non expectata dilatione temporis, nu. 7.*

Ibi, Las leyes de nvestros Reynos, quæ ſunt *l. 1. & 2. titulo 25. libro* 4. vbi aliqua diximus.

Ibi, *Se hagan ante los eſcriuanos del numero de las ciudades villas y lugares donde y en cuyo termino eſtuuieren las heredades que ſe vendieren*, hæc eſt noſtræ legis principalior diſpoſitio, & deciſio quam in hoc allegat Gironda *de Gabel. 6. part. num.* 29. & alij noſtri Hiſpani de hac materia loquentes, & noſtræ legis iuſta ratio eſt, nè detur occaſio fraudandi Gabellas, ſi bona alibi ſita, & in alio territorio vendantur in diuerſo territorio, quas venditiones vel permutationes faciliter Gabellarij locorum vbi extant bona ignorare poſſunt, & perdere eorum Gabellam.

Ibi, *O ſi no vuiere eſcriuano de el numero que ſe haga ante eſcriuano publico*, verba hæc faciliter intelliges, ſi tabellionem numerarium etiam publicum eſſe intelligas, prout eſt, ſed ideo vocatur numerarius, quia ibidem adſunt alij tabelliones tot numero, ſed ſi alius quam vnus non exiſteret, quia iſte ſolus numerarius dici non poteſt, inquit lex occurrendum ad tabellionem publicum loci proximioris vt hic vides, adeſt tamen difficultas, quid ſi in loco illo vbi bona ſunt, non adeſt numerus tabellionum, adeſt tamen publicus tabellio examinatus & approbatus in regio conſilio, poterit ne coram eo fieri ſcriptura venditionis

de viuis excluderet carnem mortuam vendibilem ideo infrà etiam de mortua carne loquitur, & exprimit, ſed an de agnis ſicut de ouibus ſi-
4 mul venditis ſoluetur Gabella † vide Gironda *de Gabel. 8. par. nu. 8. 9. & 10.*

Ibi, *No embargante que en ellos no ſe aya celebrado la venta*, verba hæc contradictionem faciunt verbis ſuprà poſitis à lege noſtra, ibi, *Que compraran los dichos ganados*, nam ſi emere præſupponit lex noſtra, quomodo in ijs verbis dicit, *no embargante que en ellos no ſe aya celebrado la venta*, ergo ante venditionem debetur Gabella, & retinenda eſt armentorum viuorum, præſertim quòd hæc verba non apponuntur in contextura. *l.* 84. quaterni à quo iſta ſumpta eſt, & neſcio qua de cauſa aut ratione verba hæc appoſita fuerint, niſi fortaſſis procedant quoties dominus armentorum & carnifex tractauerint de emptione eorum, & antequam de pretio conuenirent occidit eos ipſe carnifex pro implemento obligationis publicæ *de la carniceria*, & poſt eis occiſis & venditis conuenerunt inter ſe de pretio eorum carnifex ipſe & dominus armentorum, tunc enim nimirum ſi debeatur Gabella ipſorum vinorum & etiam carnis eorum mortuæ & venditæ, & quòd interim iubeat lex noſtra & iuſtè quòd retineat in ſe Gabellam ipſe carnifex, & niſi ſic procedat lex noſtra ego non inuenio quæ fuerit ratio horum verborum.

Ibi, *De mas del alcauala, que ouieren de pagar de la carne muerta*. Sed cum pluries dictum ſit quòd de eadem re non debet ſolui duplex Gabella, quomodo hic de viuis armentis, & de carne eorum vendita debetur altera Gabella, & dicendum eſt, quòd verum eſt non deberi ſolui duplicem Gabellam, ex eadem emptione & venditione intellige, ſed ex diuerſis emptionibus & vendi-
tionibus etiam eiuſdem rei † ſoluenda eſt de 5
vnaquaque venditione, & ſic in practica quotidie videmus & aſſertium vide per Laſarte *de decim. vend. cap.* 13. *num.* 2. & 3. vbi ponit rationem, & an deberetur Gabella de carne vendita
† in macellis dubitabant DD. relati per Giron- 6
da, *de Gabel.* 8. *part. num.* 28. ſed iam nulli dubium quin debeatur.

LEX OCTAVA.

SVMMARIVM LEGIS.

Tabernarij vendentes vinum alienum retineant Gabellam vt eam ſoluant illi vel illis quibus ſoluenda eſt ſub noſtri text. pœnis, liceatque Gabellario ab eis recuperare Gabellam, vel à domino vini venditi.

SVMMARIA.

1 *Gabellam debet ſoluere venditor rei alienæ ſi vt ſuam vendit, non verò Dominus rei non approbans venditionem, num.* 1.

2 *Gabellam an debeant mulieres nuptæ vendentes ſine licentia mariti, nu.* 2.

3 *Adminiſtrator vel venditor rei alienæ regulariter non tenetur in ſe retinere Gabellam, niſi in caſibus à iure expreſſis, num.* 3.

4 *Statuto an fieri poſſit quem ob alterius culpam puniri, num.* 4.

IBi, EL DVEÑO DE LA COSA VENDIDA VENDIENDOSE EN SV NOMBRE ES OBLIGADO A PAGAR EL ALCAVALA Y NO EL QVE LA VENDE. Hic habes text. probantem aſſumptum quòd in legibus præcedentibus tanquam verum propoſuimus ſcilicet quòd vendens rem alienam nomine domini, non ipſe, ſed Dominus tenetur ſoluere Gabellam, & à contrario poteſt hic ſumi argumentum quòd ſi quis rem alienam vt ſuam vendat, ipſe venditor te-
1 netur ſoluere Gabellam non vero dominus † rei ipſius, non approbans venditionem & vtrumq; ex text. noſtro ſic conſiderato probatur clariſſime, & verum hoc eſſe iudico & tradit Laſarte *de deci. ven. c.* 15, *n.* 4. 5. 7. & 9. & alibi remanet dictum.

2 Ibi, O *mugeres*. Sed quid ſi ſint nuptæ † tenebuntur ne ad hoc, & videtur non teneri, nam mulieres coniugatæ ſine licentia mariti contrahere non poſſunt neque teneri ex contractu *ex. l.* 55. *Taur. poſita pro lege* 2. *tit.* 3. *de las mugeres caſadas y ſolteras, lib.* 5. *ſuprà*: ergo male. lex noſtra diſpoſuit generaliter de mulieribus: & videtur per illam legem. 55. Tauri. corrigendam eſſe, ſed dicendum eſt non corrigi, ſed legem noſtram intelligendam eſſe in omnibus mulieribus ſiue nuptis ſiue non nuptis, ſed circa nuptas procedere quoties adeſt licentia mariti expreſſa ad vendendum vinum illud alienum vel tacita videndo vxorem ſuam illud vendere & conſentiendo per non contradictionem, nam hoc ſufficeret *vt in eadem. l.* 55. diximus de mulieribus nuptis ementibus vendentibus & contrahentibus maritis videntibus & non cõtradicentibus, nam valent geſta ab eis & obligantur ex eis.

Ibi, *Sean tenudos de retener en ſi el alcauala que montare el tal vino que aſſi vendieren, y acudan con ello al nueſtro arrendador*. Diſpoſito hæc cum limitatiuè procedat limitatiuè eſt intelligenda, & ex ea & præcedenti poteſt conſtitui regula generalis ſcilicet, quòd adminiſtrator rei alienæ, vel venditor eius vendens nomine domini regulariter non
tenetur in ſe retinere Gabellam † rei illius vel 3
rerum illarum niſi in caſibus à iure expreſſis, quorum duos caſus reperies in noſtra lege & præcedente, *& in. l.* 6. & 32. *titu.* 19. *infrà eodem*, & ſiqui ſunt alij, quæ quidem regula addenda eſt ad plures per nos poſitas *in. l.* 2. *titu.* 1. *lib.* 2. *ſuprà*, vbi non eſt locus niſi in caſibus à iure expreſſis, & deducitur hoc clare ex lege noſtra, & ex præcedente, quia cum caſus ſpeciales circa hoc proponant, vltra ipſos caſus generalem regulam videntur conſtituere in contrarium, quia limitata cauſa limitatum producit effectum, & exceptio regulam in contrarium conſtituit.

Ibi, *Y ſobre ello ſean tenudos de fazer los juramentos*, & hoc

ceſſat fraudis ſuſpicio, & ceſſant dicta in quarta concluſi. & limitatione ac ſublimitatione eius, quia contrahẽtes non contraxerunt hac conditione vt res illa traderetur alio & tertio loco quam vbi erat vel vbi venditio facta fuit & ſic ceſſat diſpoſitio noſtræ quartæ concluſionis. Et ex ſupra dictis infertur ad deciſionem quæſtionis propoſitæ per Laſarte *in. d. c. 4. num.* 15. puta ſi ego exiſtens in ijs Regnis vendam tibi præſenti ſiue ambo ſiue alteruter noſtrum Regnicolæ vel foreſes ſimus, vendam inquam, rem aliquam ſiue mobilem ſiue immobilem, quam
28 in alio Regno † haberem vbi Gabella ex huiuſmodi venditionibus Regi noſtro non penditur, veluti exiſtente in Aragonia, Portugalia, aut Gallia in cumque locum rei traditio deſtinetur, an debebitur Gabella, & inquit ibi Laſarte, hunc caſum non eſſe deciſum per noſtram legem, inquit tamen ipſe Gabellam talis rei deberi in hoc Regno, vbi contractus fit, & quod non attenditur traditio in quo ſalua eius pace fallitur in duobus, primo in dicendo caſum hunc non decidi per noſtram legem, deciditur enim, *in verſ. Pero ſi en vn lugar ſe vendiere la coſa mueble o ſe mouiente que eſtuuiere en otro mandamos que entregandoſe en el lugar do eſtuuiere ſe pague alli la alcauala*. Quid ergo clarius diſponi potuit caſus noſter. Secundò fallitur in quantum dicit in noſtro regno ſoluendam Gabellam etiam ſi tradatur res illa in loco illo extraneo vbi erat tempore venditionis nam vtique ibidem debebitur Gabella, *ex text. noſtro expreſſo*, ſed ſi ibidem nulla Gabella debebatur, quia locus exemptus erat, nulla debebitur Gabella ibidem neque in noſtro Regno, niſi fraus circa hoc interueniſſet, quòd ſi res eſſet immobilis clarius eſſet ibidem deberi *ex. l. 9. infra eod.* ſi locus non eſſet exemptus, quòd ſi exemptus, eſſet nulla deberetur, ſicut è contrario ſi in Germania fieret venditio rei mobilis vel immobilis exiſtentis in Hiſpania ibi Gabellà debebatur & ibi traditio fit, rei illius tunc vtique † debebitur in Hiſpania Gabella non vero 29
in Germania etiam ſi Germania eſſet libera a Gabellis *ex dictis per Tiraquel. de retract. Linage. §. 1. glo. 2. numer. 48. & 49.* & ſic meo videri male loquitur circa hoc Laſarte *dicto nume.* 15. nec *lex 1. ſupra iſto tit.* aliquid ei opitulatur, quia ſolum prouidet de Gabella ſoluenda, non vero in quo loco ſoluatur, de quo ſpecialiter *in. l. noſtra & in dict. l. 9. infra eodem* prouidetur, & ſic ibidem ipſe Laſarte *in num.* 12. idem concludit de ciuitate ad ciuitatem noſtri Regni, quaſi ſibi contrarians cum eadem in vtroque caſu procedat ratio ex diſpoſitione legis noſtræ, neque vlla quoad diuerſa Regna poſſit dari ratio differentiæ, vt ſit aliud, quam ipſemet aſſerit *in illo nume.* 12. in duabus ciuitatibus in regno noſtro exiſtentibus.

Ibi, *Entregando ſe en el*, verba hæc apponuntur ſolum modo ad ſciendum quo in loco rerum mobilium, † & ſemouentium ſit ſoluenda Ga- 30
bella, non vero ad denotandum an requiratur traditio rerum venditarum vt Gabella debeatur, nam non requiritur, ſed ſtatim quòd de pretio conuentum eſt inter partes eſt celebrata venditio & debetur Gabella & peti poteſt non expectata traditione, vt *in hoc tit.* remanet dictum, & tenuit Tiraquel. *de retractu Linagiel. §. 1. gloſſa. 2. numero* 50. & ita intellexit verba hæc noſtræ legis & bene Laſarte, *vbi ſupra dict. capit. 4. numer.* 13. etiam ſi relati per Tiraquel. *vbi ſuprà num. 48. & 49.* & Pelaez *de maiorat. 4. par. quæſt. 24. nu.* 4. velint vt Gabella deberetur ex mercibus venditis eſſe neceſſariam traditionem talium mercium.

LEX SEPTIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Carnifices Hiſpalenſis ciuitatis & eius Archiepiſcopatus, vel Epiſcopatus de Cadiz retineant apud ſe Gabellas armentorum viuorum, quæ emerint, quam ſoluere tenentur Gabellarijs loci illius vbi carnifices ſunt & idem in quibuſlibet carnificibus diſponit. l. 6. cum duabus, ſequentibus titul. 19. infrà eodem vbi aſſerimus legem noſtram non corrigi per illa.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo antiqua plurimum debet attendi in vectigalibus ſoluendis, numer.* 1.

2 *Obligatus tradere par caponum debet eos tradere viuos, num.* 2.

3 *Statuto ſtante quod de qualibet beſtia ſoluatur Gabella intelligi debet de viua non vero de mortua, n.* 3.

4 *Gabella an ſoluetur de agnis ſicut de ouibus ſimul venditis, num.* 4.

5 *Gabella ſoluenda eſt de qualibet venditione rei pluries vendita, num* 5.

6 *Gabella an debeatur de carne vendita in macellis, numero* 6.

IBi, CON LA COSTVMBRE ANTIGVA, quæ plurimum debet attendi, in vectigalibus
1 ſoluendis, † *vt per Fran. Beciũ conſi. 96. n. 1. cũ ſeq.*

Ibi, *De los ganados viuos*, ſuperflua videntur hæc verba: nam qui obligatus eſt tradere par caponum debet eos tradere viuos † *vt per DD. maximè* 2
Deci. num. fin. & Iaſ. num. fin in. l. quòd te mihi. ff. ſi cert. pet. ex quo *ibi inquit Iaſ.* quòd ſtante ſtatuto quòd de qualibet beſtia ſoluatur Gabella intelligitur *de beſtia viua*, † non vero de mortua, *& Ber-* 3
tachi. de Gabel. 1. mem. 8. princip. parte nun. 9. argum. l. qui decem §. ſi. ff. de ſolutio. ſed vt euites ſuperfluitatem dic quòd ille. §. *ſi.* loquitur in ſeruo vel beſtia, quæ poſt mortem nullius ſunt momenti, ideo de viuis intelligitur, lex autem loquitur, noſtra de armentis, quæ poſt mortem ſunt vtilitatis, non vero in vita, *vt inquit Deci. vbi ſuprà*, & quia non poſſet dubitari an lex noſtra de armentis mortuis loqueretur expreſſit de viuis, & ne itidem intelligeretur, quod loquendo de viuis

incipit ab iſto verbo *mandamos*, vſque ad verſicu-
lum, *Pero ſi en vn lugar*, & in hac ſecunda parte po-
nitur quædam concluſ. & reg. generalis, & ſic
ſequentes regulæ & concluſiones noſtræ legis
ſunt quaſi huius primæ regulæ declaratoriæ, &
modificatiuæ. Tertia vero pars incipit ab illo
verſicul. *Pero ſi en vn lugar*, vbi ponitur alia con-
cluſ. & durat vſque ad verſiculum, *mas ſi lo que ſe
vende*, quarta autem & finalis pars incipit ab iſto
verſ. *Mas ſi lo que ſe vende*, vſque in finem legis, &
in hac quarta parte ponitur alia concluſ. cum
ſua limitatione, & ſublimitatione, & facta ſic di-
24 uiſione noſtræ legis procedendo ad eius † con-
cluſiones ex prima parte ſolum colligitur con-
cluſio, ſcilicet, legiſlatorem motum fuiſſe ad
condendam legem noſtram vt dubia tolleren-
tur, & fraudes venditorum & emptorum ceſſa-
rent, & hæc eſt prima eius concluſio. Secunda
vero concluſio, ex dicta ſecunda parte collecta à
verſ. *Mandamos*, vſque ad verſum, *Pero ſi en vn lugar*,
talis eſt, Gabella ex venditione rerum mobi-
lium, vel mouentium, debetur in loco in quo
venditio celebratur, ſi res vendita ibidem trada-
tur, vel aderat ibi tempore celebratæ venditio-
nis, & hoc eſt quia lex noſtra ſic diſpoſuit ad ſe-
danda dubia, & fraudes contrahentium volen-
tium defraudare Gabellas, nam multi tenebant,
quòd ad perfectionem venditionis mercium
& rerum mobilium, & ſe mouentium & ſimi-
lium traditio requirebatur, & ſic quòd vbi tradi-
tio fiebat & contractus implebatur ibi ſoluere-
tur Gabella, *vt apparet ex dictis per Tiraquel. de re-
tract. Linag. §. 1. gloſ. 2. num. 48. & 49.* alij vero di-
cebant quòd ex quo partes ſe concordabant in
venditione & pretio, eius venditio erat perfecta,
etiam ante traditionem, & ſtatim poterat peti
Gabella, *vt inquit ibi Tiraquel. num. 50. & in hoc dixi-
mus titulo*, & ſic in loco contractus non vero in
loco traditionis ſoluendam eſſe Gabellam aſſe-
rebat Bal. & eum referens Alex. *conſ. 49. lib. 5.*
& ex ijs dubijs fraudibus partes contrahebant,
vendendo in loco vbi Gabella debetur, & tra-
dendo in loco libero, vt ſic ſecundum primam
opinionem Gabellam excuſarent, alij vero cum
res tradenda eſſet in loco ſubiecto Gabellis,
vendebant in loco libero, vt ſic ſecundum ſe-
cundam opinionem Alex. excuſarentur a Ga-
bella, quòd cum noſter legiſlator conſideraſſet,
iuſte conſtituit legem noſtram omnia hæc dubia
& fraudes tollẽtem, & ex hac ſecunda concluſ.
infero, quòd & ſi facto contractu res alibi tranſ-
feratur & tradatur alio in loco quam erat tem-
pore venditionis non debebitur Gabella in lo-
25 co traditionis, ſed vbi erat tempore † venditio-
nis. Secundò infero quòd ſi ille locus, vbi erat
res tempore venditionis erat liber à Gabella
26 non debebitur Gabella niſi conſtiterit † fraudu-
lenter ibi poſitam fuiſſe ad fraudandam Gabel-
lam *vt per Tiraquel. dict. numer. 48. & 49.* Tertia
concluſio erit, quæ deſumitur ex tertia parte
ibi, *pero ſi en vn lugar*, vſque ad verſ. *Mas ſi lo que ſe
vende*, & eſt talis tertia conclu. ſcilicet, quòd ſi
quod veditur mobile aut ſe mouẽs non adeſt in
loco venditionis, ſed in alio, tunc Gabella debe-
tur in loco vbi traditio fit, quaſi in hunc mo-
dum velit concordare dictas opiniones contra-
rias ſuprà relatas, vt ſecundum hanc concluſio-
nem procedat prima opinio locum traditionis
conſiderans, & ſecunda opinio procedat cum in
loco venditionis adeſt res vendita, & hæc pro
tertia concluſione, quid tamen, ſi nullibi trada-
tur vbi debebitur, lex noſtra nihil diſponit & in
hoc caſu inquit Laſarte *dict. capit. 4. num. 21.* de-
beri Gabella in loco contractus, ſed hic præſup-
ponit quid impoſſibile: nam ſiue venditor eam
tradat, ſiue emptor eam capiat ſua authoritate
vbi eam capit cenſetur traditionem fieri & ſic
ibi ſoluetur Gabella. Quarta vero & vltima
concluſio, cum limitatione, & ſublimitatione
ſumitur ex quarta parte noſtri tex. incipienti à
dicto verſ. *mas ſi lo que ſe vende*, & eſt talis, ſcilicet,
quòd ſi res vendita mobilis & ſe mouens non
eſt in loco vbi venditio celebratur ſed in alio
diuerſo, venditur tamen, cum conditione quòd
in alio tertio & differente loco tradatur, Gabel-
la debet ſolui in loco vbi extabat res tempore
venditionis, & hæc concluſi. colligitur, vſque ad
verſ. *Saluo ſi el lugar*, & ab inde vſque ad verſ. *Y ſi
el lugar donde*, ponitur limitatio & declaratio hu-
ius quartæ concluſionis, in hunc modum ſcili-
cet, vt procedat hæc quarta concluſio, niſi locus
ille in quo res extabat tempore celebratæ ven-
ditionis eſſet francus & exemptus à Gabellis,
tunc enim Gabella debebitur in loco Regio vbi,
& in quo tradita fuerit, quòd ſi locus ille in quo
traditio rei fit non ſit Regius ſed domini alicuius
particularis, ex quo Rex noſter non recuperat
Gabellas, Gabella ſoluenda eſt in loco regio
proximiori loci illius *de ſeñorio*, vbi tradita
res fuerit cum quadruplo etiam ſi alibi Ga-
bella ſoluta ſit, & hæc eſt ſublimitatio & de-
claratio dictæ limitationis, & incipit hæc ſub-
limitatio à verſ. *Y ſi el lugar donde*, vbi & iudi-
cibus iubet legiſlator illius loci vbi tale quid
accideret vt exequatur dictas pœnas in vendi-
tores & bona eorum pro Gabella illa & eius
quadruplo, quaſi lex præuiderit hunc contra-
hendi modum eſſe fraudulentum, & vt talem
puniendum, vt ſic fraudes ceſſent, & alij ter-
reantur ab eis, & ſic miror de Laſarte *in dicto cap.
4. numero decimo-nono*, dicente legem hanc in hoc
eſſe duram, & quòd non percipit eius rationem,
& ijs concluſionibus limitatione & ſublimita-
tione remanet clariſſima noſtræ legis litera &
materia, quæ difficultatem in ſe videbatur con-
tinere, & quam intricatè voluit declarare La-
ſarte *de decim. vend. capit. 4.* & Gironda, *de Gabel.
6. part. numero vigeſimo-ſexto cum ſequentibus pluribus:*
Et ex hac ſublimitatione in quantum in ea dici-
tur quòd ſi venditæ rei traditio eſt facienda in
loco, *de ſeñorio*, vbi Gabella non competit Regi,
ſoluenda eſt in loco proximiori, deduco, quòd
ſi in loco illo *de ſeñorio*. Rex percipit Gabellas,
tunc ibi eſt ſoluenda † & quadrupli pœna ceſſat, 27
quia tunc militat in hoc caſu tertia noſtri text.
concluſio ſupra poſita & ceſſat itidem fraudis
ſuſpicio, *& ita voluit tenere licet intricatè Giron-
da, vbi ſuprà numero trigeſimo-ſecundo, & clarius
Laſarte dict. capitul. 4. numero decimo-octauo*, & ni-
ſi ſic intelligas loqui, male & perperam loque-
retur, vel intelligendus eſt, cum res illa erat
ſita & tradita in loco *De ſeñorio*, Tempore ven-
ditionis, vel in loco libero à Gabella, quia tunc
nulla Gabella debebitur, eo quòd in hoc caſu

10 pretio † vendantur, nempe quia iura incorpora-
lia ſunt nulli rei corporali admixta, & idem te-
net nouiſſime Humada. in. l. 1. titul. 13. gloſſa 3.
num. 8. cum ſequentibus par. 1. & diximus in. l. 7. & 8.
titul. 2. lib. 7. ſuprà numer. 7. in contrarium tamen,
imo quòd Gabella debeatur ex iuribus & no-
11 minibus debitorum † venditis facit, nam hęc ve-
ra venditio eſt ex. l. ſi dubitet in pri. ibi nominis vendi-
tio. ff. de fideiuſ. Sed ex quacunque venditione de-
betur Gabella, ex l. 1. ſupra eo, & eius generalita-
te, ergo & ex ceſſione debebitur, vt Angel. voluit in.
l. Modeſtinus, n. 2. ff. de ſolutio. relatus per Laſarte d. cap.
9. num. 2. item omnis actio talis eſſe iudicatur
12 qualis eſt res ad quam competit, † l. ſi ad rem ſol-
uendam. C. de præd. minor. & ipſius rei debitæ na-
turam, & qualitatem aſſumit, l. 1. vbi gloſ. & DD.
notant. C. ſi aduerſ. tranſactio. late Tiraquel. de retract.
Linagiel. §. 1. gloſ. 7. ex pri. & num. 32. ſed ſi res
venderetur illa Gabella deberetur, ergo & de
actione ad eam habita vendita, cum ipſius natu-
ram ſequatur, quibus de cauſis Laſarte in dict.
cap. 9. à nu. 1. cum ſequentibus, late diſputat hanc
quæſt. an, ſcilicet ex iuribus & nominibus de-
bitorum venditis Gabella debeatur, & à num. 3.
diſtinguendo procedit, quem videbis quia late
& diffuse loquitur. Ego vero ſic diſtinguerem
13 † ſi meum iudicium eſſet attendendum, ſcilicet
quòd aut actionum & iurium ceſſio fit virtute
diſpoſitionis vel legis alicuius iubentis facien-
dam eſſe, vt fide-iuſſori ſoluenti contra princi-
palem pro quo ſoluit, & in ſimilibus, vel facien-
da omnino eſt ex vi præcedentis contractus &
obligationis, & tunc nulla Gabella debetur
tunc, quia id fit ex legis præcepto, & in eius im-
plementum, vel contractus præcedentis, & tunc
nullam crederem Gabellam deberi prout vſu
receptum videmus, quod ex ſcriptura, & carta de
lasto, vbi de iure facienda eſt, nulla Gabella de-
betur, neque vnquam petita fuit, ſed ſi ceſſio iu-
rium & nominum debitorum fit ex vi noui con-
tractus inter aliquos contrahentes facti, vt ob
ceſſionem hanc iurium aduerſus bona aliqua
vel rem, tantum pretium mihi des, tunc ex ceſ-
ſione illa Gabella debetur quia vera venditio
eſt & perfecta, & videor tibi vendere rem illam
in quantum in ea ius habeo & actionem, dum
tamen, ſi res illa venderetur, eſſet ex ea Gabella
ſoluenda, ſed ſi non eſſet ſoluenda, vt puta quia
cedo tibi ius ad talem pecuniam, vel ad talem li-
brum vel equum tunc, quia iſta libera ſunt &
exempta a Gabella nulla itidem debebitur ex
tali ceſſione Gabella, & ita videtur diſtinguere
Bald. in. l. cum per eos. C. ſi quis al. vel ſibi, vbi Salice.
num. 2. & alij relati & ſecuti per Gironda de Ga-
bel. 9. part. in pri. num. 16. & Laſarte dict. cap. 9.
numero 32. cum ſequent. vbi numero 38. infert ad hę-
14 reditatis mihi de latæ † venditionem nam ſi ad-
ſint in ea bona quæ emptori traduntur, regalis
decima hæc debetur ex pretio conuento ſicut in
venditione iactus retis piſcium vel auium, nam
15 ſi quis poſtea piſcetur vel venetur debetur, † ſe-
cus ſi nihil capiatur, vt ibi inquit ipſe Laſarte, nu-
mero 40. & Gironda vbi ſuprà part. 11. numero vigeſi-
mo-ſeptimo, ſed in quo loco debebitur Gabella
16 iſtius venditionis iurium † & actionum, tangit
ſolus ex ijs quos viderim Laſarte, vbi ſupra capi-
tul. 4. numero trigeſimo-ſexto cum ſequentibus. vbi in
effectu concludit quòd ſi ceſſio ſit actionis tan-
tummodo perſonalis debebitur Gabella ibi vbi
cedens ipſe adeſt cum ceſſio fit, eò quod ibi cen-
ſetur etiam facta traditio, & tranſlatio actionis
per ceſſionem in emptorem, ſed ſi actio realis ad
rem vel hæreditatem vendatur, ibi debetur Ga-
bella vbi adſunt bona ex. l. 9. infra iſto tit. ſed ſi ad
rem mobilem vel ſe mouentem fiat ceſſionis
venditio, debebitur ibi, vbi ceſſio facta eſt ſi ibi-
dem tunc res aderat, vel ſi ibi non aderat, vbi
tandem tradita eſt ex diſpoſitione legis noſtræ
quam ibi numer. 39. ad ſi. allegat, ſed an fructus
computentur inter mobilia, & veniant appella-
tione eorum, † & dicendum eſt venire, ex. l. ſi. ff. 17
de requir. reis, niſi fuerint pendentes, quia tunc
antequam colligantur pars rei ſunt, l. fructus. ff. de
rei vend. notat. Tiraquel. de retract. Linagiel. §. 1. gloſ.
7. numero quadrageſimo, imo cæmenta & lapides &
alia tigna ſemota † à domo mobilia reputantur, 18
per dicta per Rebuf. in. l. tigni. ff. de verb. ſigni. Sic &
piſces in ſtagno inter immobilia, diuerſum eſt ſi
capti ſunt, † L. Rutilia ff. de contra. emptione notat Re- 19
buf. in dict. l. mobilium pag. 561. in pri. & idem erit
dicendum ſi ſtatim à fundo ſeparandi ſint fru-
ctus, nam venient † mobilium appellatione vt 20
per Tiraquel. infrà allegandum, numero 44. cum. 3. ſe-
quentibus, & comm. teſtatur D. Barboſa, in. l. diuortio. §.
interdum numero 4. in ſi. cum ſequentibus. ff. ſolut. ma-
tri. & ſecundum hæc ſcies diſcernere vbi, &
quomodo horum debeatur Gabella, nam enim
mobilibus comparantur tanquam mobilium
debebitur, cum vero immobilibus immobilium
erit Gabellæ computatio, & faciunt latè dicta
per Tiraquel. de retract. Linagiel, §. 1. glo. 7. nu-
mer. 37. cum ſeque. pluribus. vbi latè examinat quan-
do fructus pendentes dicantur pars fundi. Sed an
arbores ſtantes quæ vt ſeparentur venditæ ſunt
veniant † mobilium appellatione, tradit Laſarte 21
vbi ſuprà cap. 4. num. 33. idem concludit, quòd
concludimus iam proxime circa fructus pen-
dentes ſtatim ſeparandos.

Ibi, Y tambien por obuiar los fraudes, quibus qui-
dem calumnijs obuiandum eſt, vt in aliud pro-
poſitum inquit ſummus Pontifex in cap. vt circa
& in capi. auaritia de electione in 6. vbi gloſ. alia iura al-
legant, & quando quid dicatur fieri in fraudem
legis vel partis diximus alibi, & an vitiet pa-
ctum nec ne, † tradit late Fortunius Garſia 22
in. l. iuris gentium. §. prætor ait in. 3. 4. & 5. no-
tab. ff. de pact. & Dinus in capit. certum eſt de Reg.
iur. in. 6. & ibi alij, & ex ijs verbis & præce-
dentibus habes duas iuſtas cauſas conſtituen-
di legem noſtram, prima fuit ad tollenda du-
bia, ſecunda ad tollendas fraudis occaſio-
nes, & ſic pro procemio noſtræ legis hæ
duæ cauſæ apponuntur, quòd procemium cau-
ſam finalem inducit ex. l. ſi. vbi DD. ff. de he-
red. inſt.

Ibi, Mandamos, vt rectius procedamus in decla-
rationem noſtræ legis & alijs apertior & clarior
reddatur eius diſpoſitio operæpretium eſſe du-
xi eam per partes diuidere & per concluſio-
nes procedere, in quo dico legem hanc qua-
tuor † continere partes, prima eſt in pri. vſque 23
ad verba hæc, mandamos, & in hoc principio
apponuntur cauſæ præbentes occaſionem con-
ſtituendi legem noſtram, ſecunda vero pars
incipit

13 *Piſces in ſtagno inter immobilia computantur, ſecus ſi ſunt ſemoti ab ſtagno, numero 19.*

14 *Arbores ſtantes quæ vt ſeparentur venditæ ſunt mobilium appellatione comprehendentur, num. 21.*

15 *Pactum an vitietur factum in fraudem legis, vel partis, num. 22.*

16 *Lex noſtra in præſenti in quatuor diuiditur partes, num. 23.*

17 *Legis noſtræ prima concluſio, num. 24. vbi & ſecunda concluſio ponitur.*

18 *Gabella debetur in loco venditionis vbi res tunc aderat, etiam ſi facto contractu alibi transferatur, numero 25.*

19 *Gabella non debetur in loco vbi adeſt tempore venditionis ſi locus liber erat, niſi fraudulenter appareat ibi poſitam, numer. 26.*

20 *Tertia concluſio noſtri tex. ponitur in numer. 26.*

21 *Gabella vbi debebitur ſi nullibi res vendita tradatur, eo. num. 26.*

22 *Quarta concluſio ponitur in eod. nume. 26. numer. 27. ex ea vnum nouum deſumit Author.*

23 *Gabella an debeatur ex re vendita, quæ in alio Regno aderat, ſi ibidem traditio conſtituatur, num 28. & num. 29. cum venditur extra Regnum res exiſtens intra illud.*

24 *Verba,* Entregandoſe en el, *Noſtræ legis, ad quid apponantur, num. 30.*

IBi, MVCHAS DVDAS ACAECEN. Pro quibus dubijs ſedandis leges multoties conſtituuntur, vt amplius dubitandi locus non relinquatur, & ſi ſic fieret quam plures euitarentur lites ſi in opinionibus doctorum contrarijs contrarietas hæc legali diſpoſitione ſedaretur, prout faciendum aliquando conſului *in. l. 7. titulo, primo libro ſecundo ſuprà,* vbi aliquot caſus retuli, & alios duos refert Anto. Theſaur. *in deci. Pedam. 128. num. 1. & 6.*

Ibi, *De los bienes muebles y ſemouientes.* Superflue videtur hic legiſlatorem loqui, nam mobilium appellatione, quæ ſunt illa, quæ per ſe moueri non poſſunt, ſed per alium, mouentia, quæ ſunt ea quæ per ſe mouentur vt animalia, continen-
1 tur, & e contra mouentium appellatione † mobilia etiam continentur, *ex text. in. l. mouentium. 93. ff. de verborum ſignifica vbi DD. maxime Rebuf* ergo ſuperflue hic ambo apponuntur, cum vnum apponere ſufficeret, faciliter tamen, hanc ſuperfluitatis obiectionem elides, & euitabis, ſi dixeris, quòd ſi ambæ hæ dictiones non apponerentur, dubitari poſſet an eſſet de legiſlatoris voluntate mobilium appellatione, mouentia comprehendere nec ne, cum de iure ſit, quòd mouentium & mobilium appellatio idem ſignificet, ni-
2 ſi de contraria diſponentis † voluntate appareat, quæ ex diſpoſitione elici poteſt, *vt plene conſului Deci. conſilio. 653. & Rebuf vbi ſuprà pagin* 561. & nè de hac dubitaretur voluntate, & litibus anſa præberetur, fuit vtrumque in præſenti expreſſum, item & ſecundo excuſatur ſuperfluitas ex eo quòd cum mobilia & ſe mouentia in vna & eadem diſpoſitione ſeparatim proferuntur, tunc vnum appellatione alterius non venit,
3 † alioqui vtrumque ſuperflue fuiſſet expreſſum, *per leg. à Diuo pro. §. in venditione. ff. de reiud. leg. ſi filius familias. C. familiæ hercis l. vnica. §. exactione. C. de rei vxor. actione l. in rebus. ff. de iure doti. lege ſecunda. §. primo ibi, mobiles vel ſe mouentes. C. quando, & qui, quar. pars debea. lib. 10 l. 1. in pri. ff. de adil.* vnde ſi quis ſeparatim vni donaret res mobiles, alteri res mouentes, tunc quoque facienda eſt
† hæc diſt. *ita Rebuf. dict pagi.* 561. vbi & aliu modo hæc limitat, ſcilicet, cum communis vſus loquendi eſſet incontrarium, vt quia vno nomine mobilia vocarentur, alio mouentia, tunc enim diſpoſitiones ſecundum huiuſmodi vſum forent interpretandæ. Sed an mobilium & immobilium appellatione veniant iura & actiones, 4
& nomina debitorum, † gloſ. *in dict. l. mobilium* arguit pro & contra, Rebuf. tamen, *ibi in dict. pagin. 561. in medio* inquit, non contineri, quia nec mobilia, nec immobilia ſunt, ſed iura ſunt incorporalia, quæ nec tangi nec moueri poſſunt, quamobrem non mobilia, neque immobilia ſunt. *l. 1. ff. de rer. diuiſ. & inſt. de reb. corpora. & incorpora. text. expreſſus in. l. quam tub. rouis. §. fi. ff. de pecul. ibi, hoc amplius & nomina debitorum l. ſi initio, de leg. 3.* & ſic nomina debitorum erunt ſpecies ſe- 5
paratæ à mobilibus & immobilibus. † *l. 3. ff. pro ſocio. l. ea C. famil. hercis.* & ſic non circunſcri- 6
buntur loco ſicut alia bona, *l. ſi fidei-commiſſum §. 1. ff de iudi. l. Caius, de leg. 2. l. quæſitum. §. 1. de leg. 3. ita Rebuf. vbi ſuprà,* vbi ex hoc inquit iura & nomina debitorum differre a mobilibus & immobilibus ſubſtantia, natura, & effectu, † primo, 7
quia ſubſtantia iurium eſt indiuiſibilis & incorporea, mobilium & immobilium, diuiſibilis & corporea, natura mobilium eſt, vt poſſideri poſſint, iurium non itidem. Effectus diuerſus eſt nam res mobiles triennio vſucapiuntur, immobiles longo tempore, iura vero ſunt perpetua & non preſcribuntur ante triginta annos, ex quo plura ibidem Rebuf. infert. *p ſequent.* 562. & limitat & declarat aliquibus modis, quæ per ipſum videri poſſunt, ſed quo ad noſtrum propoſitum hæc ſufficiant, ſed cum lex noſtra & leges præcedentes de venditione rerum immobilium, mobilium ſeu mouentium locutæ ſint, vt ex tali venditione vel permutatione & cambio Gabella debeatur, ex ceſſione † aut vendi- 8
tione iurium Gabella non debetur, nam cum ſecundum aliquorum opinionem, & meo videri veram, Gabella ſit res odioſa, *vt & tenet Fran. Becius conſi. 90. numero quinto & decimo-nono,* non eſt vltra caſum in quo leges loquuntur extendenda, & ſic inquit in propoſitum Laſarte *de decim. vendi. capit. 9. numero quadrageſimo primo,* antiquo vſu receptum eſſe vt non niſi ex corporali ſeu reali venditione † Ga- 9
bella debeatur, ſaltim cum ius venditioni nullam rem corporalem ſecum trahit, veluti in iuribus vrbanorum & ruſticorum prædiorum, obſeruare licet, ex quorum venditione quamuis quidem ea vera & perfecta ſit *vt traditur in leg. cum inuſitata verſ. huius rei. ff. de contrahend. emptione,* nullam videmus Gabellam deberi, eo quòd iura in corporalia ſunt, nullamque rem corporalem ſecum trahunt, quæ ven- 1
di videatur, ex quibus optime ibidem infert ipſe Laſarte, *numero quadrageſimo-tertio.* vt ex officio decurionatus, tabellionatus, procuratoris, Theſaurarij, commentarienſis carcerum, depoſitarij generalis & aliorum officiorum publicorum Gabella non debeatur etiam ſi iuſto

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo faciliter admittitur in modo & forma ſoluendi Gabellam, n. 1. & ibi quæ conſuetudo ſufficiet eum, numero 2.*

2 *Tempus immemoriale requiritur ad præſcribendum ius Gabellæ, num. 3.*

3 *Conſuetud. nem de qua in noſtro text. non eſt neceſſe probare, ſed allegare eam ſufficit, num. 4.*

IBi, Sigvtendo. Iunctis verbis, *lo que en ella ſiẽpre ſe ha vſado.* ex ijs verbis notabis, quod in
1 modo & forma ſoluendi Gabellam † faciliter admittitur conſuetudo, ex eo quòd Regi nullum ſit præiudicium, nam ei tota ſoluitur Gabella, licet inter duos eius ſolutio, de conſuetudine diuidatur, *vt hic*, & in hoc ordinaria conſuetudo ſufficeret, quia hic non agitur de præſcriptione iuris; ſed de interpretatione illud ſoluendi, ad quam efficiendam, tempus decem an-
2 norum ſufficit, † *ſecundum Paul. conſil. o trecenteſimo-quadrageſimo-ſeptimo, numero decimo quarto, & 15. relatum per Molina de primogenit. libro ſecundo, capitulo ſexto, numero 58.* ſed ad præſcribendum ius & immunitatem ſoluendi Gabellam immemoriale
tempus † requireretur *vt diximus in lege prima, titulo 15. numero 52. libro quarto, ſuprà*, ſed an de conſuetudine hac Hiſpalenſi debet conſtare vt ſecundum tenorem noſtræ legis fiat, dic quòd non debet de ea fieri probatio, quia licet de relato apparere debet vt diſpoſitio referens ſe ad illud, locum habeat *ex text. & eius materia in Authentica ſi quis in aliquo documento, C. de edend.* tamen hoc fallit & non procedit, quoties per legem ordina- 3
tur, referentem tenorem conſuetudinis † *vt inquit Iaſ. in lectura. l. admonendi, numero vigeſimo-octauo; & iterum in repetitione in numero vigeſimo-octauo, cum ſequentibus. ff. de iure iurando*, & ſic debent declarari dicta per Antoninum Gomez. *l. prima Tauri, numero 11.* vbi nouiſſime Ceruantes de ijs agit. 4

Ibi, *El comprador la otra mitad.* ad limitationem legis primæ ſuprà eodem, diſponentis venditoribus incumbere ſolutionem Gabellæ vbi latè diximus.

LEX QVARTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Ex oleo Hiſpali à Rege vendito emptor ſoluit dimidietatem Gabellæ, aliam vero dimidietatem Rex non ſoluet quia ipſe liber eſt à ſolutione Gabellæ.

SVMMARIA.

1 *Lex hac quarta declaratiua eſt legis præcedentis, n. 1.*

2 *Rex de iure niſi lege ſua id exprimeret non eſſet liber à Gabellæ ſolutione, numero 2.*

IBi, Se entienda y gvarde, & ſic lex
1 noſtra eſt limitatina † præcedentis in hoc ſcilicet, quòd licet in præcedenti lege dictum ſit ex venditione olei Hiſpali facta, venditor & emptor per dimidium ſoluant Gabellam, hoc verum eſt in perſonis priuatis & particularibus non vero in ipſo Rege oleum ſuum Hiſpali vendente, in eo enim ſolum emptor dimidiam ſoluit, Rex vero nihil ſoluit.

Ibi, *Pues nos ſomos francos de pagar alcauala.* ſimilis eſt text. *in leg. tertia, tituli ſequentis*, quæ hoc ſolum diſponit, & niſi leges hoc diſpoſuiſſent, neque Rex ipſe vel fiſcus eius liberi eſſent † à ſolutione 2
hac, *ſecundum Bart. & eius additio. in lege prima, numero ſexto. C. de nauicul. libro decimo*, de quo alia dicemus in dicta lege tertia vbi eſt propria.

LEX QVINTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Gabella bonorum mobilium & ſemouentium vbi & in quo loco ſoluenda eſt ſi in diuerſis locis venditio & traditio fiat.

SVMMARIA.

1 *Mobilium appellatione ſemouentia & è contra continentur, num. 1. niſi de contraria diſponentis voluntate appareat, num. 2. vel niſi vt nu. 3. & 4. exemplificatur.*

2 *Mobilium, ſiue immobilium appellatione an veniant iura & actiones & nomina debitorum, num. 5. & an ſint ſpecies ſeparata, numero 6. & nume. 7. quomodo differunt, ſubſtantia, natura, & effectu.*

3 *Gabella an debeatur ex venditione, vel ceſſione iurium, num 8. & ſic vſu antiquo receptum dicitur, num. 9. quòd Gabella non debeatur niſi ex corporali vel reali venditione, & num. 11. cum ſequentib. hæc examinantur.*

4 *Gabella non debetur ex iuribus vrbanorum & ruſticorum prædiorum, num. 9.*

5 *Gabella non debetur ex venditione officiorum publicorum, quia nihil corporale vel reale venditur, ſed ius quoddam, num. 10.*

6 *Actio talis iudicatur qualis eſt res ad quam competit, num. 12. & ipſius rei naturam & qualitatem aſſumit, vt ibi.*

7 *Authoris reſolutio circa quæſtionem an ex iuribus vel nominibus debitorum ceſſis, vel venditis Gabella debeatur, numer. 13.*

8 *Gabella an debeatur ex hæreditate vendita, num. 14.*

9 *Gabella an debeatur ex iactu retis piſcium vel auium, num. 15.*

10 *Gabella venditionis iſtorum iurium & actionum in quo loco debeatur, numero 16.*

11 *Fructus an computentur inter mobilia, vel veniant mobilium appellatione, nu. 17. & 20.*

12 *Cæmenta & lapides & alia tigna ſemota à domo mobilia reputantur, num. 18.*

Piſces

per Ioa. imol. in l. 4. §. prætor ait num. 11. & ibi Angel. ſub. §. totiens nu. 1. ff. de dam. infect. pro vt exemplificat in eo, qui dedit rem ſuam pro iure ſepulchri, quia ſacra & religioſa non recipiunt æſtimationem, quam ſententiam ſibi placere inquit Laſarte *in dict. num. 18.* & addit plus in propoſito, ſcilicet, quòd in hoc caſu cum datur res inæſtimabilis pro æſtimabili, nullus ex contrahentibus ſoluet Gabellam, & hoc aſſerit quoniam ipſe ibidem *nu. 3. verſ. ſecundo nota*, ponit nouam formam ſoluendi Gabellam ex permutatione, quam formam in gloſſa præcedente reprobaui, quia eſt contra legem noſtram,& inconuenientia ibi per eum poſita nihil obſtant, nam vnuſquiſque ex permutantibus credendum eſt, quòd ſe decipi in permutatione non patietur,& ei dici poteſt, amice diſce cantius negotiari, & ſic in hoc caſu ille qui dat rem æſtimabilem pro æſtimabili ſoluet Gabellam ex re ſua, neque eſt excuſandus ob rei inæſtimabilis receptionem, ſicut neque excuſaretur ſi contrahens cum eo eſſet exemptus a ſolutione Gabellæ, nam ipſe exemptus excuſabitur, à Gabella rei ſuæ,& non
47 exemptus † cum exempto permutans ſoluet Gabellam ex re ſua, nam æſtimatio, quam hic faciendam eſſe iubet lex noſtra, non fit vt per eam permutationis contractus tranſeat in emptionis & venditionis contractum, ſed tantum vt iudex verificet quantum valeat vnaquæque res permutata, vt Gabella ex æſtimatione cuiuſlibet ſoluatur, & ſic veram non reputo opinionem Laſarte, ſuprà relatam in gloſſa præceden. & hanc quam in hac gloſſa dictum eſt tenere, vt excuſetur etiam permutans non exemptus à Gabellæ ſolutione ſi cõtrahat cum non exempto, vel permutet rem æſtimabilem cum inæſtimabili.

Ibi, *Por lo que vale*, & ſic pro iuſto rei pretio quòd æſtimabitur *iuxta. l. pretia rerum. ff. ad leg. falcid. & ex dictis per Dida. Perez. in. l. 2. titulo 23. libro ſecundo, ordin. & Dueñas regula 34. & eis relatis Laſarte in ſcholio ad hanc legem, nu. 5. in fin.*

Ibi, *O otro hombre bueno*, cum verbum, otro, ſit ſimilium repetitiuum,& hæc verba de bono viro loquantur, manifeſte colligitur hic eſſe text.
48 probantem iudicem † eſſe bonum virum vt & probatur *ex. l. continuus. §. cum. ita ff de verborum obligatione*, & iudex hic erit ille, qui præeſt in loco, in quo bona permutata exiſtunt, vel in eius Gabellario, etiam ſi ſit iudex pedaneus, nam & hic de Gabellarum negotijs cognoſcere poteſt, *ex. l. 11. titul. 9. libro tertio ſuprà*, & ideo ipſe æſtimatorem hunc nominare poterit, & ſufficit ex text. noſtro in hac materia vnus æſtimator, licet
49 regulariter duo † æſtimatores requirantur, & eligendi ſint, *per text. in Authentica de non alienand. & permuta. §. quòd autem ibi, duobus per teſtimonium collatio. 2.* ſi modo haberi queant in loco, *iuxta notata per Anto. Gomez. 3. tom. capitulo tertio, numero 28. & Bernad. Diaz, regul. 461. & ibi additio.* & ſic eſt hic caſus ſpecialis vbi vnus æſtimator eligitur, & vbi vni teſti creditur & eius dictum pro plena probatione habetur, pro limitatione dictorum *per gloſ. Bar. & DD. in. l. Theopompus. ff. de dot. præle.* dicentium vnius teſtimonium ſemiplenam non vero plenam facere probationem, de quo per Couarru. *variar. libro ſecundo, capitul. 13. numero primo*, vbi *ex. l. hac edictali. §. hu illud. C. de ſecund. nupti. & ex Bart. in dicta l Theopompus, numero ſeptimo*, inquit hunc æſtimatorem iurare debere pro æſtimatione facienda, neque ad hanc æſtimationem cum ex conſenſu partium approbata eſt perſona æſtimatoris erit neceſſaria partis citatio *ex dictis ibi per Couarru. numero quinto*, licet ſic ad electionem eius faciendam † per iudicem, *vt ibi per Co-* 50
uarru. concluſione ſexta, eo quòd poſſit pars aduerſus electum aliquid opponere, licet *ſecundum eum ibi*, ſi citatio hæc non fiat, praxi receptum eſt non ex hoc, nullam declarari electionem, cum ſtatim prius quam electus & nominatus rem ipſam declaret & examinet, ſatis nota ſit litigantibus eius electio, ac liberum ſit eam iuſtis ex cauſis reprobare, ſed cum à ſolo iudice nominandus eſt æſtimator hic, (& non ex partium conſenſu) licet admittamus electionem & nominationem eius fieri poſſe abſente parte, & non citata, tamen neceſſum eſt eam vocari vel præſentem eſſe cum à iudice nominatus iuramentum præſtat *capitulo ſecundo, de teſtibus Couarru. vbi ſuprà concluſione ſeptima*, licet *vt ibi, numero octauo, concluſione ſexta*, citatio hæc non requiratur ad prolationem
iudicij, † ab æſtimatore ipſo proferendi, & ſi æſti- 51
mator hic iniquè æſtimauerit & arbitratus fue-
rit, tunc poterit † læſus petere reductionem ad 52
arbitrium boni viri, *ex text. in. l. ſi libertus ita iurauerit. ff. de oper. liber.* notat in propoſitum Laſarte *in ſcholio ad hanc legem numero octauo*, vbi bene inquit in noſtra materia quemcumque exceſſum dare locum huic reductioni, quia lex noſtra vult res æſtimandas eſſe in vero valore, ibi, *apreciada por lo que vale*, quodcumque ergo damnum ſiue ex parte pronunciantis, ſiue Gabellarij vel fiſci reparari debet, & æſtimator ipſe tenetur ad damnum *ſecundum Andes capitul. 18. prat. numero tertio*, & ſic etiam in noſtra materia ſi iudex ipſe velit æſtimationem hanc facere, & ipſe eam fecerit (vt in noſtra lege ei permittitur) poterit ab eius
declaratione & æſtimatione † appellari, *ex dictis* 53
per Couarru. dicto libro ſecundo varia. capit. 12. numero 3. & 5.

Ibi, *A quien el dicho juez lo cometiere*, extra materiam noſtræ legis æſtimator hic non à iudice ſed à partibus eſt eligendus, vel vnaquæque pars debet ſuum æſtimatorem eligere idque ita iudex fieri iubet reſeruans ſibi nominationem in defectum partis cuiuſque, & tertij quoque in caſum diſcordiæ, eoque iure vtimur quotidie, *vt notat Ioan. Gar. de expenſis capitulo fin. numero 18. & Laſarte hic, numero nono.*

LEX TERTIA.

SVMMARIVM LEGIS.

Ex oleo Hiſpali vendito Gabellæ medietatem ſoluit emptor, & aliam medietatem venditor.

etiam non ſoluto pretio, imo & permutatio re
non tradita, ſi teneamus opinionem, de qua ſu-
prà diximus quòd in contractibus innominatis
etiam re integra hodie non eſt locus pœniten-
tiæ, ſi partes diſcedunt ad extraneos actus, & ſic
ex interuallo diſcedunt à venditione & permu-
tatione iam perfecta & irreuocabili, debebunt
aliam Gabellam ex diſceſſu hoc, quia nouus eſt
contractus, & in præiudicium fiſci non poteſt
dici diſtractus, cum non ſit in poteſtate partium
illum in præiudicium alterius nominare diſtra-
ctum, ſed fit nouus contractus & noua venditio,
niſi vt diximus, ex præcedenti prima venditione
liceret reſilire à contractu, & redimere illam,
nam tunc ex receſſu non deberetur noua Ga-
bella, quia non eſt nouus contractus ſed prioris
conuentionis executiuus, quæ notabis quia ſic
non reperies, & dum caſus occurrerit cogitabis,
nam hæc eſt materia multarum opinionum, in
qua ſcrupuloſum eſſe iudico iudicium proferre
determinate, præſertim attentis diſtinctionibus
ſuprà poſitis in hac materia per Mincha. & Gi-
ronda ſuprà allegatos, & ſic à me addita potius
gratia diſputationis addita videri volo, quam de-
terminationis, maxime cum ipſi Mincha. & Gi-
ronda dicant eius diſtinctiones à DD. ſequi, nec
volo eſſe nouarum opinionum inuentor, præ-
ſertim in fauorem Gabellariorum qui multum
extendunt cupiditates ſuas. Sed quid ſi emptio
facta ſit, iuxta titul. de in diem adiectione, ſcili-
cet vt ſi melior conditio allata ſit, an duplex Ga-
40 bella † debeatur, vna ex primo contractu, alia ex
poſteriore, transfertur enim venditio *l. cum qui ver. transferatur. ff. de in diem addictione*, & magis eſt
vt Gabella debeatur ex priori venditione, quæ
non conditionalis fuit ſed pura, licet ſub condi-
tione reſolui poſſit, quemadmodum hominem
natum fuiſſe non negamus licet poſtea moria-
tur. *l. 1. 2. 3. & 4. ff de indi. addict. gloſ. d. l. 25.* vbi
omnes. ex poſteriori autem reſolutione minime
debebitur, quia non eſt nouus contractus, ſed
qui prior erat transfertur de perſona vna in al-
teram perſonam, *ex. d. l. cum qui. ver. transferatur*,
41 & quod transfertur idem adhuc eſſe † intelligi-
tur. *l. filio quem ff. de lib. & poſth.* idemque eadem
ratione ſi venditio fuit ſub pacto legis commiſ-
42 ſoriæ † *argum. l. 1. & 2 ff. de leg. commiſſ.* & tunc
debetur Gabella ex maiori pretio allato, non
vero ex primo minori, & hoc ne detur occaſio
fraudandi Gabellam, *vt omnia hæc aſſerit Mincha. d. ca. 11. num. 21. quem refert Gironda de Gabel. 5. par. in pri. num. 20 cum ſequenti. aliquibus*, vbi hoc intel-
ligit quoties verbis directis pactum hoc legis
commiſſoriæ, vel adiectionis in diem factum
fuerit, ſecus ſi verbis obliquis, & ita inquit intel-
ligendos contrarium tenentes, quos ibi *nu. 29.*
allegat, & quibus verbis fiat pactum in diem ad-
43 iectionis, vel legis commiſſoriæ, † vide *per l. 40. & 41. tit. 5. par. 5* vbi ipſe Gironda. *n. 30.* tractat.
an de pacto de retrouendendo debeatur duplex
44 Gabella, † & inquit quòd ſic, cum alijs ibi re-
latis.

Ibi, *Que ſe hizieren*, Et ſic traditis hinc inde re-
bus, vt in permutationibus & innominatis con-
tractibus requiritur pro eorum perfectione, *ex. l. 1. & per totum ff. & C. de rer. perm. & ex dictu in gloſ. præcedenti. & per Laſarte de decim. vend. c. 17. num. 3.*
& non dicitur aliquid perfectum ſi quid reſtat
faciendum, vt alibi diximus, ſed cum *vt in præcedenti gloſ. diximus ex. l. 2. ti. 16. lib. 5. ſuprà* qualiter-
cunque appareat quem voluiſſe ſe obligare re-
manet obligatus ac ſi per ſtipulationem & ea
mediante contraheret, ex ſolo conſenſu, licet res
tradita non ſit remanet efficaciter quis obliga-
tus, & ſic ante traditionem Gabella debetur, vt
in præcedenti gloſſa diximus, & tunc verba
hæc, *Fizieren*, Verificari poſſunt vt factum dica-
tur, quoties conſenſu perfecto factus eſt contra-
ctus permutationis, vel innominatus aliquis, pu-
tà ſi partes iam conſenſerunt inter ſe, vt res talis
pro tali daretur, tunc enim quia nulla alia perfe-
ctior forma *ex. d. l. 2.* requiritur, pro vera obliga-
tione, ex tunc debetur Gabella.

Ibi, *Semejantes y no ſemejantes.* Ex ijs verbis iure
optimo Laſarte. *d. ca. 17. num. 8. & 9.* reprobat
Parlador. dicentem, quòd cum vinum pro vino
datur non debetur Gabella, quia cenſetur mu-
tuum, nam hic eſt text. clarus contra hanc do-
ctrinam, quoties ſaltim continenti vnum pro
alio datur & in gloſ. mag. præcedente iterum
diximus, quaſi diceret quis, mutua mihi tot am-
phoras vini, quas tibi reddam ad vinum nouum,
tunc enim quia mutuare tunc videntur non de-
bebitur Gabella, ſecus cum ſtatim vnum vinum
pro alio datur, quia tunc non cenſetur mutuum
ſed permutatio, & ſic Gabella debetur.

Ibi, *Que de todo ſe pague alcauala*. Sed quomodo
ſoluetur, in verbis ſequentibus declaratur dum
dicit lex, *Siendo cada coſa apreciada por lo que vale.* Ex
quibus colligitur, quòd vnuſquiſque permutan-
tium ſoluet Gabellam de re ſua † appreciata per 45
æſtimatores poſitos à iudice, vel per ipſum iudi-
cem, non vero eſt ſoluenda Gabella vt dicebat
Laſarte. *d. c. 17. num. 3. verſ. Secundo nota.* ſcilicet
quòd de re tua appreciata quam mihi das, ego
ſoluam Gabellam, quaſi appretium illud fiat lo-
co pretij pro re mea dati, ſed meo videri fallitur,
quoniam ſic emptorem oneraremus ad ſolutio-
nem Gabellæ quod fieri non poteſt *ex. l. 1. ſuprà eod.* Sed quòd clarius eſt & verius, ſcilicet, quòd
ego de re mea appretiata, & tu de tua appretiata
ſoluas Gabellam: quia ſic reuertimur ad ſimili-
tudinem emptionis, quia ego qui permuto, ven-
ditor eſſe videor rei meæ pro tua, & tu ſimiliter
ex tua, aliter enim loqueremur contra legem
noſtram, & ſic intentus Laſarte *vbi ſuprà*, ſi id non
voluit non mihi quadrat. & contra text. noſtrum
eſt, & tandem ipſemet Laſarte *ibidem numer. 16.*
ita tandem voluit, vbi *nume. 17.* inquit quòd taxa-
xio per partes permutantes non eſt attendenda,
ſed æſtimatio eſt facienda, aliter enim faciliter
fraudari poſſet Gabellarius per partes permu-
tantes, & poſthæc ſcripta reperi Parlador. *lib. 1. rer. quoti. capitulo 3. §. 7. numero 5.* reprobantem
Laſarte *dict. capitul. 17. numero. 18.*

Ibi, *Siendo cada vna coſa apreciada*, ſed quid ſi vna
earum ſit inæſtimabilis, † tunc dicendum eſt Ga- 46
bellam ex ea parte ſolui non debere, *vt inquit Montal. in reperto. verſ. alcauala, & eo relato, Laſarte. dict. c. 17. numer.* 18. ea ratione, quia eo in caſu legis ver-
ba deficiunt. & vbi legis verba non conueniunt,
deficit eius diſpoſitio, *ex l. quòd conſtitutum ff. de teſtam. milit. & in cap. ad noſtram el. 3. de iure iurando & in capit. indemnitatibus. §. penult. de electione in. 6 plura*

per

deſer. li. 11. & Gabella vt res odioſa non eſt ex-
tendēda vltra contractum verum & proprium,
*tenent Bar. & alij plures relati per Minchac. vbi ſuprà,
nu.* 15. vbi *num.* 20. inquit in eo tantum, quæſtio-
nem eſſe quando ſit proprie, dicaturque diſtra-
ctus, nam quoties id quòd agitur nullam produ-
cit obligationem, ſed potius antea natam peri-
35 mit, proprie diſtractus eſt † neque inde Gabella
debetur, ita vt ſi emi abs te fundum, qui contra-
ctus ſola conuentione perficitur *per legem conſen-
ſu. ff. de actio. & oblig. & inſt. de emptio. & venditio. &
in hoc tit.* remanet dictum, & ante pretium ſolu-
tum, & rem traditam conuenit vt ab emptione
diſcederemus, perempta ſaltem ope exceptio-
nis, vt potè re integra, prior obligatio eſt, nec vl-
la denuo naſcitur, ſicque ex tali diſtractu Ga-
bella non debetur, quod ſi aliquo addito, detra-
cto, vel mutato circa rem, aut pretium conue-
niſſet, iam quaſi nouus contractus eſſe videre-
tur ſicque deberetur Gabella, *argum. l. ab emptio-
ne, ff. de pact. in vltimo reſpon. & in. l. ius ciuile. ff. de
iuſtitia & iur.* vbi in ſimili, *per gloſ. & Iaſo.* poſt alios,
denique (vt certior fias) aut poſt emptionem
conuentione tantum celebratam, vterque con-
trahentium expleuit, aut alter tantum aut nul-
lus, ſi vterque, & conuenit vt ab emptione diſce-
deretur ex interuallo, iam quaſi nouus contra-
ctus eſſe videtur, & ex eo debetur Gabella, *vt
ſentit gloſ. cùm qua videntur ibi tranſire DD. in. l. 1. C.
quando lic. ab empt. diſce.* aut in continenti poſt
quam hinc inde impletum eſt, conuenit vt pre-
tium numeratum redderetur, & res tradita reſti-
tueretur venditori, & licet dubium ſit an nouus
contractus videatur, tamen magis eſt vt primus
contractus infectus reddi non nouus fieri videa-
tur, *vt in. d. l. 1. ad fi.* ſicque Gabella non debea-
tur ex hoc diſtractu, licet ex primo contractu
deberi non deſinat, *vt & ſentit Paul. num. 10. vbi
Angel. columna. 1. in. d. l. ſi ab emptione.* Secundo caſu
quando alter contrahentium non etiam vterq;
impleuerat, & conuenit vt ab emptione diſcede-
retur non tam nouus contractus fieri quam pri-
mus infectus reddi videtur *argum. dict. l. ab emp-
tione, verſ. ariſtam,* ſic quòd ex hoc diſtractu Ga-
bella non debebitur, tertio caſu cum nondum
vterque neque etiam alter impleuerat, & con-
uenit vt ab emptione diſcederetur indubitanter
nouus contractus non fieri ſed primus infectus
reddi videtur *vt dict. l. ab emptione. 1. Reſp. & l. 1.
C. quando liceat ab emptione diſced. & §. fin. inſt. quib.
mod. col. oblig.* & conſequenter ex iſto diſtractu
Gabella non debebitur, licet ex primo contra-
ctu in omnibus iſs caſibus Gabella debeatur, *vt
verius eſſe dicit Tiraquel. de retract. conuen. §. 6. gloſ. 2.
num. 12. in fi. & nu. 13.* eademque diſtinctio in
contractibus innominatis facienda eſt quo ad
hoc vt non debeatur Gabella ex diſtractu, *ita
Mincha. vbi ſuprà,* & in eadem ſententia videtur
eſſe Gironda *de Gabel. 5. part. in prin. num. 11.* cla-
36 rius dicens quòd ſi incontinēti † ſtatim & abſq;
interuallo contrahentes a venditione diſcedant
Gabella non debetur, ſi tamen ex interuallo &
poſt rei traditionem diſceſſus fiat, Gabella debe-
tur ex diſtractu, & ibi ita DD. tenere *in dict. l. ab
emptione* aſſerit, ſed eius ſecundum membrum in-
telligendum eſt vt procedat niſi ex præcedenti
37 pactione deſcendat voluntas † diſcedendi à con-
tractu, nam tunc etiam ſi diſcedatur ab eo ex in-
teruallo & pretio dato vel re tradita, nulla ex di-
ſtractu debebitur Gabella, prout in cenſu redi-
mibili, *ex dictis per Tiraque. de retract. conuen. §. 1.
gloſ. 1. & iterum ibi in. §. 6. gloſ. 2. nume. 13.* Sed
contra hæc omnia ipſe Gironda ibidem inquit
omnes DD. ab eo allegatos tenentes ſupra di-
cta, affirmare, quòd quando contractus celebra-
tus fuit mutuo conſenſu contrahentium, licet
res vendita non tradatur, & contrahentium diſ-
ceſſus interueniat, & ſequatur, Gabellam ex tali
venditione & contractu deberi, & in præiudi-
cium iuris iam quæſiti Gabellario diſceſſus par-
tium nihil obeſſe poteſt, & hoc nulli dubium,
ſed de hoc hic non tractamus, ſed tantum an de
diſceſſu & diſtractu Gabella debeatur, & in hoc
remanet cum dicta diſtinctione, ipſi tamen non
determinant quando in continenti & quando
ex interuallo dicatur partes receſſiſſe a contra-
ctu, † in quo conſiſtit tota veritas huius dubita- 38
tionis, an de diſtractu Gabella debeatur, & in
hoc dico quòd tunc dicitur in continenti, vel ex
interuallo, quoties partes non diuertunt ad ex-
traneos actus: nam tunc in continenti dicitur,
ſecus ſi ad extranea diuertiſſent, quoniam tunc
dicetur ex interuallo, *ita Tiraquel. de retract. con-
uentional. §. 6. gloſ. 2. num. 11. in fi.* cum ergo par-
tes conueniunt de venditione & pretio, ita vt
venditio facta ſit, non tamen inde receſſerunt,
ſed adhuc de venditione facta tractantes rece-
dunt ab ea tunc quia in continenti dicitur fa-
ctum, ex diſceſſu, & diſtractu non debetur Ga-
bella, nam etiam ſi contractus perfectus non ca-
piat conditionem *ex l. perfecta. C. de condi. quæ ſub
mod.* verum tamen multi tenent quòd etiam
contractu abſoluto, ſi fiat in continenti modo
contrahentes alio non diuerterint, pactum poſt
factum ineſſe contractui, & apud omnes in con-
feſſo eſt, vt in dubio cenſeantur partes non ha-
buiſſe contractum pro perfecto, ſi nondum di-
uerterunt ad extraneos actus *ſecundum Tiraquel. de
retra. conuen. §. 1. gloſ. 5. nu. 25.* & conſequenter
in noſtrum propoſitum etiam ſi recedant à con-
tractu abſoluto dum tamen ſit in continēti non
recedendo ad extraneos actus, nulla ex diſtractu
† debeatur Gabella: ſed ſi ad extraneos actus diſ- 39
ceſſerunt, tunc ſi iam erat venditio perfecta, ſi ab
ea diſcedunt debetur etiam ex diſceſſu & diſtra-
ctu noua Gabella, quia iam duo videntur con-
tractus & duæ emptiones, & ſic duæ deben-
tur Gabellæ, vna ex prima venditione & con-
tractu iam abſoluto, alia ex ſecundo, in quo diſ-
ceditur à primo & cenſetur eiuſdem rei reuen-
ditio facta, *vt inquit Tiraquel. d. §. 6. gloſ 2. nu 12.
& prius in de retract. Linagiel. §. 1. gloſ. 2. nu. 41.* ma-
xime quia licet quantum ad eos qui principali-
ter contrahunt (ſine veritatis præiudicio) non
diceretur diſtractus hic nouus & noua venditio,
quia mutuo conſenſu potuerunt à primo diſce-
dere, tamen in præiudicium alterius tertij, & ſic
fiſci & eius Gabellarij, non ſic, *vt inquit Tiraquel.
de conuentio d. §. 1. gloſ. 2. nume. 26. & poſt leges con-
nubiales, gloſ. 5. n. 29.* & poſt hæc ſcripta vidi Ioan.
Parla. *lib. 1. rer. quotid. c. 3. §. 4. nu. 1. cum ſequen-
tibus,* ſic tenentem, & conſequenter reſultat ex
iſs, quòd cum venditio ſit perfecta & irreuocabi-
lis ſtatim quòd partes de pretio conueniunt,
etiam

beri,niſi pretium intercedat,nam tunc præſumi-
tur emptio & venditio & fraudulenter ſub ſpe-
cie donationis palliari venditionem, *vt apparet ex*
text.in l. 11.*infra iſto tit. & lib.* & late defendit alios
allegans Gironda *vbi ſuprà par.* 11. *num.* 10. *cum ſe-*
quentibus aliquibus, & latius duas communes pro-
ponens tenet Mincha. *controuer. vſu fre. capit.* 11.
num. 17.*cum ſequentibus*,& cum *ex dict. l.* 11. *infrà eo-*
dem, id approbetur nihil eſt dubitandum de hoc.
23 Seu quid ſi eſt donatio remuneratoria, † & non
itidem deberi ex ea Gabellam, late defendit La-
ſarte, *vbi ſupra cap.* 17. *nume.* 52. vbi *nume.* 54. non
idem eſſe ait in donatione reciproca & viciſſitu-
24 dinaria, † in qua tu mihi donas domum & ego
vice mutua dono tibi fundum, nam hæc permu-
tationi aſſimilatur, & videtur in fraudem per-
mutationis nominari donationem, & ſic debe-
tur ex ea Gabella *ex text. in dict. l.* 11. *infra iſto tit.*
25 *& lib.* niſi probaretur abſque † vlla fraude id fa-
ctum eſſe, vt aduertit & exemplificat ipſe Laſar-
te,*in eodem num.* 54. *verſ. verum tamen eſt*, & ibi in
dubio inquit, in ijs caſibus fraudem præſumi, *ex*
dict. l. 11. niſi contra probetur, ſed bonus iudex
id arbitrabitur ex contractibus & verbis eorum
& cauſis medijs ad illos faciendos. Sed an de fi-
26 deiuſſione debebitur Gabella, † deberi ex eo
quòd inter contractus numeretur aſſerebat Bal.
in. l. 1. *colum. penul. ff. ſi cert. pet.* & Tiraquel. *poſt.*
leges connub. gloſ. 5. *num.* 105. contrariam vero
partem, imo quòd ex ea non debeatur tenet Ri-
pa. *in eadem. l.* 1. *num.* 59. *ff. ſi cert. pet.* & hanc ve-
riorem & benigniorem appellat & ſequitur
Mincha. *vbi ſuprà num.* 22. nam verba legis per
prius & non poſterius intelligenda ſunt. *l. hoc le-*
gatum, de lega. 3. vnde verba legis ſoluere iuben-
tis Gabellam ex contractu de primæuo contra-
27 ctu, † & non de ſecundario, prout eſt fide-iuſſio,
intelligenda ſunt, item quia proprie fide-iuſſio
28 non eſt contractus, † quia licet ipſe fide-iuſſor
obligetur,tamen,non obligatur is qui eum rece-
pit, vel in cuius vtilitatem fide-iuſſit. *l. labeo. §.*
contractum ff. de ver. ſign. & ſic potius vt Gabella
non debeatur iudicandum eſt, *vt tenet ripa in. l.* 1.
num. 59 *ff. ſi cer. pet. contra Bal. relatum per Tira. in.*
5. *leg. commu. nu.* 105. ſed quid erit ſi principalis
debitor, & ſic ex primæuo contractu Gabella
non debetur, an debebitur ex fide-iuſſione,
29 † prout in facto vidi diſcuſſum.nam quidam cle-
ricus presbiter impoſuit cenſum redimibilem
ſuper bonis ſuis ſpecialiter deſignatis & dedit
laicum Petrum in fide-iuſſorem, quiquidem Pe-
trus tanquam fide-iuſſor & principalis debitor
in ſimul & de mancomun & inſolidum ſe obli-
gauit & bona ſua ſpecialiter & generaliter, du-
bitatum fuit an fide-iuſſor deberet Gabellam
iam quòd principalis tanquam exemptus eam
non deberet, & quòd fide-iuſſor ad ſolutionem
eius teneretur, allegabatur quòd fide-iuſſio eſt
contractus,vt dixi licet improprie.item quòd ip-
ſe fide-iuſſor cum in ſolidum & vt principalis ſe
obligauerit & bona ſpecialiter hypothecauerit,
ea in ea quantitate vendidiſſe cenſebatur, & ſi-
cut ſi bona ſua quis venderet pro ſatisfaciendo
debito amici ſui Gabellam deberet, ita in hoc
caſu, pro contraria vero parte allegabatur quòd
fide-iuſſio non eſt proprie contractus, & ſic de
eo non debet ſolui, & quia id quòd eſt principa-
lius erat attendendum, & ſic primæuam obliga-
tionem debitoris veri & realis, & quòd reſtrin-
genda eſt Gabellariorum cupiditas, item & for-
tius, quia cum principalis clericus in ſacris ſit &
conſequenter exemptus a Gabella, ſi eius fide-
iuſſor compelleretur eam ſoluere, neceſſario
principalis,qui obligatus eſt fide-iuſſorem ſuum
indemnem ſeruare, compulſus eſſet ad ſolutio-
nem Gabellæ illius,& efficeretur vt id quòd vna
via eſſet prohibitum,alia permitteretur, contra
regulam iuris quòd cum quid vna via prohibe-
tur, ad id alia non debet admitti, item priuile-
gium etiam minoris pro quo quis fide-iuſſit. pro-
deſt fide-iuſſori,quoties fide-iuſſor ipſe habet re-
greſſum contra minorem,† *vt per gloſ. & alicet. in.* 30
l. 2 *C. ſi aduerſ. donatio.* ergo in noſtro caſu vti po-
teſt fide-iuſſor priuilegio principali conceſſo, vt
non teneatur ad Gabellæ ſolutionem,præſertim
cum fide-iuſſor obligari non poſſit in duriorem
† cauſam quam principalis. *l. Græca §. fi. ff. de fi-* 31
de-iuſ. & Laſarte vbi ſupra cap. 8. *num.* 12. hic autem
ſi Gabellam deberet ſoluere fide-iuſſor obliga-
retur in maiori quantitate quam principalis, er-
go habemus intentum, & contrarijs primæ opi-
nionis ex ſupra dictis reſponderi poteſt, ſcilicet
quòd primæuus contractus eſt inſpiciendus non
ſecundarius, ſed in primæuo non debetur Ga-
bella, ergo neque in ſecundario qui a primæuo
denominatur & deriuatur quia fide-iuſſio eſt ac-
ceſſio † obligationis principalis,*§. fide iuſſores inſt.* 32
de fide-iu. acceſſorium autem ſequitur naturam
ſui principalis,ergo,neque eſt bonum argumen-
tum cum quis vendit bona ſua vt ſoluat Titius
ſuus amicus debita ſua,nam in hoc caſu iſte ven-
ditor non vendit vt fide-iuſſor,& ſic eſt diſſimile
argumentum,& ſic in practica & in facto defen-
ſaui hanc ſecundam opinionem, quæ vera mihi
ſemper viſa fuit, licet apud iudicem inferiorem
penes quem lis agitabatur non potui obtinere,
ſed inferioris iudicium mihi non ſatisfecit, niſi
ſuperiorum ſententiam viderem, quæ præſtari
non potuit, quia non fuit appellatum, ſed tranſ-
actione credo fuiſſe litem ſopitam cum Gabel-
lario,cum caſus occurrerit quilibet melius pen-
ſitabit.Eſt tamen verum quòd ſi fraus adeſſet, vt
pote quia licet clericus fingeret ſe principalem
cum in effectu non eſſet,ſed fide-iuſſor ipſe,quia
nummi pro cenſu dati in vtilitatem fide-iuſſoris
fuerunt conuerſi,vel ipſe recepit eos,tunc nimi-
rum quòd Gabellam ſoluat fide-iuſſor, ne dolus
& fraus ei patrocinentur contra regulam iuris.
Sed an de libertate & manumiſſione debeatur
Gabella, † dicendum eſt, quòd ſi pretium pro li- 33
bertate & manumiſſione interuenit pretij illius
debebitur, vel ſi res aliqua in compenſationem
& ſatisfactionem libertatis data eſt,debebitur ex
æſtimatione rei illius, quia venditioni, vel per-
mutationi aſſimilatur, *vt inquit Gironda de Gabel. in.*
9. *par. §.* 1. *n.* 1. *cum pluribus ſequen.* Anceps tamen
quæſtio eſt. num. ex diſtractu Gabella † debea- 34
tur. nam aliqui tenent deberi ex diſtractu Ga-
bellam, eo quod contractus eſt, *vt tenent relati per*
Tiraq. & per Minch. controuer. vſu frequent. cap. 11.
num. 19. Contrariam tamen imo quod non de-
beatur ex diſtractu Gabella eo quod non pro-
priè,ſed impropriè & large diſtractus veniat ap-
pellatione contractus, *vt. l. omnes. C. de omn. agro.*
deſer.

Digitized by Google

lex noſtra extenſiua eſt legis præcedentis, quòd
an antea eſſet deciſum dubitat Laſarte, *in dict. nu.*
2. ſed cum legem noſtram habeamus nihil re-
linquitur dubitationis.

Ibi, *que de todos los trueques.* Et ſic ex omni con-
tractu etiam innominato debebitur Gabella
11 quando aliud datur pro alio, † quia permutatio-
ni aſſimilatur, ſecus vero ſi do vt facias, vel fa-
cio vt facias, quia locationi aſſimilatur & tunc
non debetur, quod ſecus de contractu do vt des,
12 † quia tunc debetur Gabella, *vt inquit Mincha. Con-
troue. vſu freq. c.* 12. *num.* 21. dum tamen ſecun-
dum eum ibi, ſit ex vtraque parte implementum
13 † ſequutum, aliter enim minime debebitur *ex. l.*
1. *ff. de rer. per. & C. eod. per totum.* verum tamen,
Mincha. ibi, implementum ex vtraque parte re-
quirit vt Gabella debeatur ex permutatione, vel
contractu innominato, quia ipſe quaſi ſemper
tenuit, quod etiam hodie iure noſtro Regio at-
tento, *lege ſcilicet.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *ſupra*, ex contra-
ctibus innominatis ſaltim reſpectiuis, do vt des,
& ſimilibus non oritur actio & obligatio ante
implementum ab vtraque parte, & quod reſilire
partes poſſint libere & pœnitentiæ ſit locus, ſed
cum verior & communior ſit opinio contraria
lege illa attenta *vt ibidem diximus, nu.* 13. *& latius in.
l.* 1. *num.* 5. *cum ſequent. pluribus titu.* 21. *lib.* 4. *ſuprà*,
imo quod ſtatim oriatur actio, neque pœniten-
tiæ ſit locus etiam re integra, & ſic executio cō-
tractus peti poſſit, licet obſtet exceptio obiecta
petenti executionem, ſi ex ſua parte non adim-
pleuit vt interim quòd non adimplet ſuſpenda-
tur executio, tamen omnino ſunt contractus ij
14 adimplendi, & ſtatim nata eſt † actio, *pro vt in ter-
minis tenet Parlador. lib.* 2. *rer. quoti. cap.* 3. §. 3. *nu*
33. *in nouis & Laſarte de decim. vend. cap.* 17. *num.* 30.
& 37. *& ſemit Gironda, de Gabel.* 9. *par.* §. 2. *num.* 7.
in ſi. cum ſequent. quamuis ipſe Gironda in. 5. *part.
num.* 12. aliud teneat, & ideo merito dicendum
eſt ex permutatione facta licet rebus non tradi-
tis, & ex contractu innominato etiam reſpe-
ctiuo ſtatim deberi Gabellario illius temporis
Gabellam, ita vt quantumuis partes ipſæ ante
15 traditionē pœniteāt, non præiudicetur iuri † Ga-
bellario quæſito pro Gabella, & tunc ſoluēda nō
eſt ſecundo Gabellario exiſtenti tempore tradi-
tionis, ſed illi, qui erat tempore venditionis &
permutationis, *vt optime tenent Parlador. vbi ſuprà, nu.*
32. *&* 33. *cum Anton. Gomez. ibi allegato*, & contra
Laſarte, ibi reprobato & merito & contra Gi-
ronda *de Gabel.* 9. *part.* §. 10. *num.* 5. *in ſin.* cum &
ipſi aſſeruerint hodie, vt dixi, non eſſe locum
pœnitentiæ in contractibus innominatis & ſta-
tim naſci actionem, & ſic dicere aliud eſt vacil-
lare in eo quòd pro conſtanti iam aſſeruerunt,
non eſſe locum pœnitentiæ in innominatis ne-
que in permutatione conſenſu perfecta licet
traditio facta non ſit, & ſicut iſtud placet cum
Parlado. vbi ſuprà ita & placeat alia opinio e-
iuſdem Laſarti, *cap.* 17. *num.* 8 *&* 9. contra Par-
lador. ibi allegatum male aſſerentem quòd ſi
vinum pro vino datur non debetur Gabella,
quia cenſetur mutuum, fallitur enim Parlador.
& bene aſſerit Laſarte tunc deberi Gabellam
16 † quia illud non eſt mutuum, cum idem quòd
datur non reddatur, ſed aliud, & conſequenter
eſt permutatio, vel ſaltem contractus innomi-
natus do vt des, ſiue detur vinum nouum pro a-
lio nouo, ſiue nouum pro veteri, idque optime
fundat Laſarte ex lege noſtra, ibi, *De vnas coſas à
otras ſemejantes, y no ſemejantes.* neque in iis ego a-
go neque tracto, de promiſſione de permutando
vel vendendo, de qua Gabella non debetur, † & 17
in qua torquent capita ſua Parlador. vbi ſuprà
& Laſarte eum referens *in dict. ca.* 17. *n.* 35. *cum ſe-
quent.* Sed agimus cum partes ſe concordauerunt
in permutatione, puta non promittendo de per-
mutando, ſed conueniendo inter ſe quod vnus
dat alteri talem rem ſuam pro tali alterius, & il-
le alter itidem promittit & conſenſit, tunc enim
nulli dubium, quin ante traditionem contractus
eſt perfectus & validus, neque pœnitere poſſunt,
etiam ſi ſtipulationis verba non interceſſerint
nam *ex d. l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *ſuprà.* ſublata eſt forma
ſtipulationis pro eſſe contractus, ſed ſufficit con-
ſenſus perfectus, licet rei traditio non interceſ-
ſerit, & idem operatur ac ſi ſtipulatio interuene-
rit & conſequenter debetur ſtatim Gabella à
permutantibus, & contrahentibus, vnuſquiſ-
que ex re ſua, † & æſtimatione eius, & ita in effe- 18
ctu maturè conſiderans tenet Laſarte *dict. cap.*
17. *num.* 36. *cum ſequentibus.* ſecus ſi promitteretur
tantum de permutando vel vendendo rem ali-
quam: nam tunc niſi conſtiterit de vero partium
conſenſu volentium permutationem eſſe factā
etiam ante traditionem, vel conuentum de pre-
tio venditionis, tunc vtique non deberetur Ga-
bella, de tali promiſſione nuda de permutando
† vel vendendo, *vt reſoluit ipſe Laſarte, vbi ſuprà, nu.* 19
41. *& Tiraque. late, de vtroque retract. titu.* 1. *de Lina-
giel.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 56. *& in tit.* 2. *de conuentio ad ſi.
tit. num.* 42. *cum pluribus ſequent. & in l. præcedente nu.*
257. niſi ſecundum eundem Laſarte ibi, *num.* 42.
poſtea de pretio conueniant, vel de re permu-
tanda cum alia, vel traditio aut ſolutio facta ſit
virtute primæ promiſſionis, etiam ſi de illa pro-
miſſione mentio facta non ſit, eſt tamen verum
quòd ſi de promiſſione de permutando, vel ven-
dendo detur Gabella & ſoluatur, non debebitur
poſtea ex perfectione huius promiſſionis *ſecun-
dum Bar. in l. fin.* §. *quoties, ff de publicanis, ſecutum
per Caſſan. in conſuet. Burgun. tit. de Gabellis, num.* 10.
Sed an ex tranſactione, † qui innominatus con- 20
tractus eſt debebitur Gabella, tangit Parlador.
relatus & ſecutus à Laſarte *dict. ca.* 17. *num.* 51.
& inquit quòd non debetur, niſi ita tranſactio
fiat vt actor cedat omne ius quòd in re litigioſa
habet, & Gabellarius probet ius illud vere ha-
bere, nam ex ſola tranſactione & ceſſione non
fundaret Gabellarius iuſtitiam ſuam, niſi proba-
ret ius illud ceſſum vere & realiter cedens ha-
bere, vel probaret cauſa fraudandi Gabellam
factam fuiſſe tranſactionem, vel litem motam
ad occultandam veram permutationem, ſeu vē-
ditionem, & ſequitur hanc opinionem nouiſſi-
me Gironda *de Gabel.* 10. *part. num.* 1. *cum ſequenti-
bus aliquibus vbi allegat alios idem tenentes*, & ibi, *num.*
4. *&* 5. inquit ipſe Gironda tranſactionem nimis
liberalem, captioſam præſumi. Sed an de com-
promiſſo debebitur Gabella, † & tenendum eſt 21
non deberi, prout ſine ſcrupulo tenet Bertachi.
de Gabel. 8. *part.* 3. *membro. num.* 13. *in ſi. & eo relato
Gironda de Gabel.* 3. *part. num.* 10. ſed an de dona-
tione † debebitur, & dicendum eſt minime de- 22
beri,

Digitized by Google

20 *Gabella an ex diſtractu debeatur anceps quæſt. num. 34. cum ſequent. pluribus.*

eſt ſine dubio, licet priuilegium habeant Gabel-
75 larij recuperandi † Gabellam à venditore, vel
ab emptore non reuelante venditionem &
emptorem intra quinque dies à lege regni huius
quaterni Gabellarum determinatos, ex. l. 31. in
fi. tit. 19 hoc lib. vt inquit optime Gironda in dict. §.
vnum autem num. 2. pag. 76. & ante eum Mincha. de
ſucceſſio. crea. to. 1. §. 10. nume 25. verſ. in ſumma
ſed ſi emptor eam ſoluerit poterit à venditore
recuperare, † cui venditori incumbebat onus 76
eam ſoluendi, adeoque ibi Gironda, in dict. num. 2.
hæc vera dicit, quòd etiam ab illo qui nomine
alieno vendidit aliquam rem, vt alienam, vel
tanquam eius procurator poteſt recuperari Ga-
bella, contra Laſarte in dict. cap. 15. numer. 4. cum
6. ſequent. quem ibi Gironda in hoc reprobat,
ſed ego veriorem & tutiorem credo ſententiam
Laſarte, ſcilicet, quòd à tali procuratore exigi
non poſſit, ſed à vero † Domino rei venditæ, vel 77
à re vendita, quæ vt ibi inquit Gironda tranſit
cum onere ſoluendi Gabellam † ex ea. per. l. Im- 78
peratores. ff. de publica, niſi dominus verus eſſet
exemptus à Gabellæ ſolutione, quia tunc neque
ab eo neque à procuratore poterit peti, vt ibi per
Laſarte nume. 9. ex. l. 10. titu. 18. infra eodem vlte-
rius hoc ampliatur quòd licet venditor vendat
liberè, & ſic horro de alcauala, ita vt Gabellæ ſolu-
tio remaneat emptori, adhuc Gabellarius pote-
rit à venditore illam † exigere ac percipere, 79
cum ex ſuo pacto venditor deteriorem condi-
tionem Gabellarij efficere non poſſit, licet ipſi
venditori remaneat ſaluum ius recuperandi ab
emptore illud, quod pro Gabella Gabellario
ſoluit, ſiue compulſus, ſiue non, ſoluerit, vt inquit
Laſarte in dicto cap. 15. num. 11. vbi num. 12. ex hoc
nihil ſpeciale dicit conſtitui, † in. l. 8. titu. 18. in- 80
frà eodem. dum ibi dicitur quòd vendens clerico
franco pretio adhuc Gabella ab eo peti poteſt,
& ipſe à clerico recuperabit, nam cum id ſit de
iure, nihil ſpeciale ibi conſtituitur, ſed confir-
matur id quod de iure fundari poterat vt ibi per
eum in dict. num. 11. cum ſequen. aliquibus. Diſplicet
tamen mihi illud quod ibidem ipſe Laſarte nu-
me. 19. inquit cum Parladori, ibi allegato, & Gi-
ronda de Gabel. in præludio nu. 31. & in 5. par. nu. 41.
ſcilicet quòd Gabella ſit ſoluenda Gabellario
tam ex principali pretio quam ex illo pretio
franco, ſoluendo pro Gabella ipſi Gabellario,
† nam licet ibidem aſſerat illud plus pro Gabel- 81
la ſoluendum eſſe commodum emptoris & ſic
pretium etiam rei venditæ, tamen ni fallor non
ſic eſſe iudico, nam & cum venditori incumbit
onus Gabellæ, ratione iſtius oneris ſemper pro-
curat vendere carius, quam venderet ſi onus
Gabellæ ad eum non pertineret, & emptor ipſe
ratione Gabellæ ab eo ſoluendæ, ex vi pacti del
horro de alcauala, ſemper procurat minoris emere
quam emeret ſi pactum hoc non appoſuiſſet de
pretio franco, & ſic non fit iniuria Gabellarin, qua
de cauſa nunquam circa hoc vidi Gabellarios
inſtitiſſe, neque iuridicum credo, quòd inſiſtant
cum eadem ſit ratio in vtroque caſu, & decima
decimæ non debetur, neque eſt lex, quæ hoc iu-
beat ſolui. & ſic non eſt amplianda Gabellario-
rum cupiditas, ſed coarctanda potius, & quia ali-
ter inuiſe emptor oneraretur in ſolutione ſub-
decimæ, cum ipſe ſolum ſe obligauerit ad ſolu-
tionem decimæ pretij illius, quod realiter ven-
ditori ſoluit, neque poteſt franquiſia illa dici
pars pretij, ex dictis per Felici. de cenſibus lib. 2. capit. 1.
num. 14. neque augmentum eius quia emptores
ſemper minus pretium ſoluunt ratione Fran-
quiſiæ illius, vt experientia docet, & venditor
plus venderet ſi ſibi remaneret onus ſoluendæ
Gabellæ, vt in ſimili inquit Bar. in. l interdum. ff.
de publica. & vectigal. & Abb. in cap. tua ſecundo de de-
cim.

Digitized by Google

cibus maritimis Gabellas imponere, quia Vene-
ti ex conſuetudine ſunt domini maris Adriati-
ci, & poſſunt ſtaniere ſuper Gabellis maris, *&*
tradit Angles vbi ſuprà, vlterius incepta proſequen-
do idem erit dicendum in omni alio habente
ius imponendi vectigalia & Gabellas, nam in-
telligitur poſſe eas imponere, ſeruatis ſeruandis
50 & ex iuſtis cauſis, † vt in Rege non recognoſ-
cente ſuperiorem dictum remanet, & ius hoc
51 adquiri poteſt † vno de quatuor modis, primo ex
priuilegio & conceſſione principis ius illud ha-
bentis, *vt notant omnes in Rubric. C. nou. vectiga. im-*
pon. non poſſe. gloſſa in leg. forma. §. ſi vero quis agrum
ver. leuari. ff. de cenſibus in fine, quam ſequuntur plu-
res relati per Tiberi. Deci. *in Reſpon. 41. numero*
tertio volumine ſecundo & ex lege prima titulo vndecimo
libro ſexto recopilationis, & ſic vendendo ius hoc, vt
licere ineſt imo neceſſarium pro ſubleuanda
neceſſitate, inquit Ludouicus à Carbone *de reſti-*
tutione quæſtione 33. quæſtione 16. poteſt enim prin-
ceps concedere priuilegium hoc alicui populo
vel priuato, *ex textu. in capitulo ſuper quibuſdam. §.*
præterea de verborum ſignificatione, & ex dicta lege pri-
ma titulo vndecimo libro ſexto ſuprà tenent Bald. & plu-
res relati à Bertachino de Gabel. prima parte numero vi-
geſimo-tertio vbi num. 24. inquit quòd tale priuile-
gium exigendi Gabellas, vel collectas conceſ-
52 ſum à principe non poteſt reuocari † quia tran-
ſiuit in vim pacti vel conditionis, *ex leg. quod ſe-*
mel & ibi Barto. ff. de decret. ab ord. faciend. & in. l. hi
qui in ſui ff. de iure immun. & idem dicitur in pri-
53 uilegio nequis teneatur ad collectas, † *ex eodem*
Barto. in dict. l. quòd ſemel, & in. l. omnes populi. ff. de
iuſt. & iur. & Bald. & alijs relatis per Bertachinum dicto
numero 24. vbi & quærit an valeat tale priuile-
54 gium conceſſum alicui loco grauato † alijs pe-
dagijs, & inquit quòd non. quia eſt ſubreptitium
hoc tacito, quòd erat grauatus alijs pedagijs. Se-
cundo acquiritur ius imponendi collectas &
55 Gabellas conſuetudine, † *ex textu in capitulo, ſerui-*
tium. 18. quæſtione ſecunda, iuncto capite contra morem
diſtinctione. 100. vbi idem etiam de priuilegio aſ-
ſeritur, & probatur etiam *in dicto capitulo ſuper qui-*
buſdam. §. præterea de verbo. ſign. & in capi. innouamus
de cenſibus & in dicta. leg. prima titulo vndecimo libro
ſexto ſuprà & plura alia allegat Bertachin. de Gabel. dict.
prima parte numero 26. & 27. etiam ſi gloſſa *in. l.*
minus propriè. ff. de verborum ſign. vtrumque requi-
rat, ſcilicet priuilegium & conſuetudinem, nam
communiter reprobatur ſecundum Bertachin.
in eodem numero 17. Tertio & conſequenter idem
56 dicendum eſt in præſcriptione † *vt eſt text. vbi no-*
tat Barto. in. l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & in. l.
litibus. C. de agricolis, & cenſitis, libro vndecimo notant
omnes in. l. ſi certis annis. C. de pactis Bald. in. l. ſolent.
§. fin. ff. de offic. proconſ. debet tamen hæc conſue-
57 tudo vel præſcriptio eſſe immemorialis † ex di-
ctis iuribus & quia habet vim priuilegij, & titu-
li, *ex. l. ſecunda §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſti.*
vt & alibi late diximus. & eſt mirabile *ſecundum Ber-*
tachin. vbi ſuprà numero 31. quòd eſt ſpeciale in hoc
iure habente cauſam continuam, quòd requira-
tur præſcriptio tanti temporis, cum ſufficeret
58 tempus ordinarium † in ſeruitutibus habenti-
bus cauſam continuam, ſed ego nihil mirabile
59 adeſſe in hoc intelligo, † cum diſcontinue ac-
quiratur, vt pote quia factum hominis requiri-
tur, ſcilicet, in imponendo vectigali, vel non ſol-
uendo, item quia cum imponere ſit de regali-
bus, nimirum ſi tantum tempus requiratur: imo
& ſcientia requiritur illius, còntra quem con-
ſuetudo vel præſcriptio inducitur, licet ſufficе-
ret ſcientia ſuorum † iudicum & perſonarum 60
ab eo impoſitarum in talibus locis vbi ius hoc
acquiritur, vt alibi diximus in ſimilibus caſibus
& voluit Bertachinus *vbi ſuprà numero 29* vbi dat
cautelam, qua quidem cum mendacio non vta-
ris, quia animam perdes, quæ cunctis rebus pre-
tioſior eſt, & conſuetudo hæc vel præſcriptio
immemorialis imponendi Gabellas in aliqua
prouincia, vel populo in vna re non extendetur
ad alias † in quibus non eſt conſuetum, *ſecundum* 61
Bertachinum, vbi ſuprà, numero trigeſimo-tertio, quem
vide, quarto modo acquiritur ius hoc Gabellas
imponendi ex conuentione † facta cum ipſis 62
ſubditis, de qua loquitur *textus in. leg. fina. §. præ-*
terea. ff. de mun. & hon. & per totum tit. ff. de anno. &
trib. lib. 10. & hæc appellantur munera conuen-
ta. ſed hæc in terris ſuperiorem habentibus fie-
ri non poſſunt, etiam cum conſenſu populi ma-
xime in noſtro regno attenta diſpoſitione. *l. 1.*
& per totum tit. 6. lib. 7. ſupra, & hos quatuor mo-
dos acquirendi ius hoc deſignat Tiberi. decia.
Reſpon. 41. num. 3. & ſequent. lib. 2. ſed quocunque
modo acquiratur non poſſunt imponi niſi ex iu-
ſta cauſa, † & ſecundum quòd ſuprà dictum eſt 63
licere Regi non recognoſcenti ſuperiorem, &
in conſuetudine voluit Petr. a Nauar. *in dicto.*
tracta. de reſtitu. lib. 3. capit. 1. nu. 259. inquit ta-
men Iacob. à Graſ. *in deciſio caſ. conſcien. deciſ.*
124. num. 6 quòd ſi antiquitus præſtari ſunt ſo-
litæ Gabellæ, quòd ex quo in principe cauſa
præſumitur licite in conſcientia fraudari non
poſſunt, † quòd ego ſi verum eſt, intelligerem 64
quoties de cauſa non conſtaret, ſecus ſi conſtat,
& eſt iniuſta vel ceſſauit, vt ipſe ibi. *num. 35.* di-
cit & Carrocius *in loco infra num. ſexto allegato*, ſed
quid ſi populus dubitat, an ſit iuſta debeat iuſta
reputari necne, vide Ludouicum à Carbone, *de*
reſtitutione quæſt. 33. in pri. Ex quibus habes Re-
gem ciuitatem, & dominos non recognoſcentes
ſuperiorem poſſe indicere vectigalia & Gabel-
las, in ſuis regnis, & dominijs, & populis, & iti-
dem illos qui ex priuilegio conſuetudine præ-
ſcriptione vel ex conuentione ius eas imponen-
di acquiſierunt, vt dictum eſt, debet tamen eſſe
inductum cum cauſa vectigal hoc & Gabella
iuſtificata ſecundum quod dictum remanet, &
tunc licitæ erunt & in iuſtitia & in conſcientia
debebuntur tales Gabellæ & vectigalia, & ne-
mini licebit eas defraudare † abſque peccato & 65
onere reſtitutionis, *vt omnes ſuprà dicti DD. alios re-*
ferentes aſſerunt, & hanc opinionem tutiorem dicit Min-
chaca de ſucceſſio. crea. §. 28. num. 28. verſ. redeundo
in verſ. vnde dolendum eſt, & Humada in. l. 49. titu. 6.
par. 1. gloſ. 3. num. 5. cum ſequent. & nouiſſimè Carro-
cius, quem poſt hæc vidi in tracta. locati & conducti. 3.
part. titu. de locatio. vectiga. quæſt. 1. vbi *num. 4.* etiam
ſi lex pœnam imponat. *& num. 5.* hoc intelligit
dum tamen talis Gabella ſit iuſta & *num. 35.* ſu-
prà etiam diximus & tradit Nauàrra *de reſtitu.*
dict. lib. 3. cap. 1. num. 227. cum ſequent. aliquibus &
Angles, vbi ſuprà titu. defraudantibus vectig. iuſta Mexia,
in pragmatᵃ ſſa panis, in. 5. concl. nume. 42. & Gironda
de Ga-

ximus eſſe neceſſaria, & ſufficientia ſimul in
aliquo tributo cohęreant, tunc illud erit iuſtum,
& ſubditi, qui ab illo liberi non ſunt tenebun-
tur in conſcientia illud reddere, neque ab hac li-
beratione liberabuntur per hoc, quod ſe expo-
nunt periculo pœnę contra tales per legem im-
poſitæ, nam lex humana pœnalis non poteſt tol-
35 lere obligationem † legis diuinæ, adeo vt quan-
uis condemnatus in pœnæ ſolutione, pœnam
luat, non excuſetur in conſcientia ab huiuſmodi
tributo reddendo, *ita Caſtro vbi ſuprà*, quæ ſic retu-
li vt præ manibus habeantur, quorum & aliqua
retulit *Petr. Gregor. dict. 1. part. libro ſecundo, capit. 3. Syntbagmat. iur.* vbi *numero decimo*, inquit, iuſta ali-
quando exordio poſſunt eſſe vectigalia, ex cauſa
vrgente tunc, vt ob bellorum impenſas maxi-
36 mas, at quando cauſa ceſſat iniuſta ſunt, † ſi exi-
gantur, & populus, qui in neceſſitate confert,
vel ſponte, dum ſine cauſa onera perſeuerant,
ſolet res incultas abijcere, ſicuti quando Chilpe-
ricus deſcriptiones nouas in Regno fieri iuſſit,
multi relinquentes ciuitates quas incolebant,
vel proprias, alia regna petierunt, ſatius ducen-
tes peregrinari, quam tali ſubiacere periculo,
ſtatutũ enim fuerat, vt poſſeſſor de propria terra
vnam Amphoram vini pro Aripento daret, *vt eſt author Gregor. Turon. libro primo hiſto. Franco. capit. 27.*
dicebatque Philippus 6. Rex, *in parte viii. ſtyli parlamenti Aufreri, titul. de talijs & exactio. conſtit. Philippi Sexti, Anno* 1358 Declaramus inſuper intentionis
noſtræ non eſſe, quod Gabellæ, & impoſitiones
37 noſtræ ſemper durent Perianderque † Corin-
thiorum Rex à nemine tributum exegit, ſed
redditibus fori & portuum contentus fuit, *vt de ijs & alijs inquit Petr. Gregor. vbi ſuprà dict. num.* 10.
vbi & inquit quod Traianus ampliſſimus Cæſar
nouit & hoc, cum deteſtari cæpit impias exa-
38 ctiones, dixit enim, fiſcum lienem, † nam ſicut
liene creſcente in corporibus noſtris, artus reli-
qui tabeſcunt, ita turgente principis fiſco, reli-
qua ciuitatum membra tabeſcunt, & ægrotant,
vt ſi quis princeps velit cor reipublicæ validum
eſſe, oporteat fiſcum non habere tumentem,
39 † ex quo legiſlator *in lege decima-quarta titulo quinto part. ſecunda* improbans Regum cupiditatem in-
quit, *E como quier que el Rey es ſeñor de ſus pueblos para mantenerlos en juſticia, o ſeruirſe de ellos, con todo eſſo, guardar los deue en manera que no des fallezcan, quando meneſter los ouiere, ca ſegun dixo Ariſtoteles a Alexandro, al mejor teſoro que el Rey ha, y el que mas tarde ſe pierde es el pueblo quando bien es guardado, e con eſto acuerda lo que dixo el Emperador Iuſtiniano, que eſtonces ſon el Reyno e la camara del Emperador ricos e abondados quando ſus vaſſallos ſon ricos e ſu tierra abondada*, quæ ſunt verba
multum notanda à Regibus & conſultoribus
eorum, & ſic conſequenter iniuſta eſſent vecti-
galia, & Gabellæ *vt explicat Caietanus in ſumma ver. vectigalia, in princ. & capitulo ſecundo verſ. quartum & Petrus Nauarra de reſtitutione libro tertio capitulo primo, numero ducenteſimo-trigeſimo-quarto.* ſiue quæ impo-
nuntur à non habente poteſtatem, vt potè
40 à tyranno, ſiue quæ ex forma, † vt ſi plus gra-
uentur minus grauandi, ſiue ex fine, vt ſi non
pro publica vtilitate, ſed pro particulari bono
principis, ſiue ex materia, vt ſi imponantur ſu-
per rebus neceſſarijs, & non potius ſuper nego-
tiatione, & hac de cauſa vetitum eſt ne fiſa ali-
qua imponatur ſine Regis expreſſa licentia *ex leg. decima-ſexta titulo octauo ſuprà iſto libro*, vbi ta-
men tributa eſſent neceſſaria † & iuſta & iuſtifi- 41
cata *ex dictis, & ex cauſis adductis per Angles. vbi ſuprà dict. artic. primo an vectigali. qua hodie Regi. & per Salon, de iuſ. & iure capit. 186. pagin. 438. columna ſecunda cum ſequentibus*, iuſte ca petit & imponit Rex,
debet tamen, pecunias tributorum ad illas cau-
ſas, ad quas conceſſæ † ſunt erogare, non vero 42
ad alias dare, nam ſi ad alias daret, & ex hoc gra-
uetur populus peccaret Rex, niſi adeſſet iuſta
cauſa, *vt inquit Rebuſ. in ſecundo tomo conſtit. Franc. titul. vt benefic. ante vaca articulo ſecundo gloſſa quinta & ſexta*, & ob hanc iuſtam cauſam reducendi tribu-
tum ad alias cauſas vel percipiendi illud ceſſan-
te prima conceſſionis cauſa, crederem fieri poſ-
ſe, quoties etiam ſi ceſſet prima cauſa, vel ad alias
cauſas reducatur, illæ cauſæ ſunt iuſtæ & in eis
eſſet idem tributum imponendum † ſi de nouo 43
peteretur, tunc enim liceret vtique illud petere,
vt inquit Cordou. in ſum. quæſt. 95. in reſp. ad ſecundum dubi. & Petrus Nauar. de reſtitu. lib. 3. capit. 1. num. 260. in ſi & Minchaca, de ſucceſſion. progreſſu in præfatio. num. 98. & Laſarte vbi ſuprà in præfatio. nume. 26. & nouiſſime poſt hac vidi Ludou. Carbone. de reſtitutione quæſtio. 33. pag. 214. in paruis, ſic tenentem quòd
ego limitarem dum tamen, pro illa ſecunda cau-
ſa & eius ſuccurſu ſit neceſſarium totum illud
tributum, ſecus alias, quia tunc ſolummodo
† neceſſarium peti poſſet, & ſolui, & quid ſi eſt 44
dubium an ceſſauerit cauſa conceſſionis vel
non, an iuſte peti poſſet, † vel defraudari vide 45
Cordo. *vbi ſuprà*, & Petrum Nauarrum, *vbi ſuprà nu. 261. cum ſequent.* Eadem etiam quæ dicta ſunt
in Rege tenentur ſeruare & alij omnes haben-
tes ius imponendi collectas † vectigalia & Ga- 46
bellas vt ſunt ciuitates non recognoſcentes ſu-
periorem, prout ſunt ciuitates Thuſciæ. & Lom-
bardiæ habentes merum imperium & fiſcum ex
præſcriptione *ſecundum Baldum capitulo primo de pace tenem, in vſi. Feud. poſt gloſſam in Authentica de defenſo. ciuitatum §. iure iurando & alios allegatos per Bertachinum de Gabel. 1. parte numero* 15. vbi idem dicit in
alijs ciuitatibus habentibus merum imperium
ex priuilegio principis, vel ex conſuetudine, vel
ex conſtitutione de pace conſtan. *ex Barto. in. l. præſidi. C. de Epiſco. audi.* non vero ſi de facto ſu-
periorem non recognoſcerent, *vt per Bertachi. vbi ſuprà numero 16. cum ſequentibus*, debent tamen ta-
les ciuitates potentes indicere nouas Gabellas,
id facere in caſibus permiſſis, & ſecundum quòd
in Rege † non recognoſcente ſuperiorem ſit, 47
imo & tunc per adunantiam † populi genera- 48
lem, non autem per ordinem decurionum, nec
per conſilium populi, cum adunantia generalis
ſit ſuperior, & habeatur loco imperatoris, niſi
concilium populi haberet authoritatem, vel po-
teſtatem ab adunantia generali, *per leg. prohibet. §. planè. ff. quòd vi aut clam, notat Salicetus in lege vectigalia, columna prima, C. noua vectigalia, & Bertachin. vbi ſuprà numero decimo-octauo*, vbi hoc probat ex eo
quòd concilium generale poteſt committere
certis conſiliarijs aliquid faciendum, & quòd
per illos ſit, à concilio fieri dicitur, *lege illud §. ſi decuriones & ibi Barto. ff. quòd cuiuſq. vniuerſ. eius nomine.* Et quid in ciuitate Venetiarum, † *Bertachin.* 49
ibi numero decimo-nono & 20. inquit poſſe pro mer-
cibus

tum in 5. part. numero 41. inquit tamen Parla-
dor. *vbi ſuprà numero* 12. ſibi verum videri quòd
ſi venditor ad licitationis calorem inſlandum
emptori licitanti aliquid promiſerit, eo caſu ex
tali promiſſo (quòd nos, prometido, appella-
mus, Itali vero Auentagiam appellant) vectigal
154 † non debetur, nam promiſſum hoc pretium di-
minuit, & conſequenter de diminuto non eſt
ſoluenda Gabella, quod ſecus eſt in impenſis,
hæc enim pretium non diminuũt, neq; conſide-
rantur in pretij adiectione per emptorẽ, vel ven-
ditorem, & ſic in eis non eſt eadem ratio, ſicut
in promiſſo, neque obſtat. *l. ſexta, titulo decimoter-
tio lib. iſto ſuprà*, nam illic alia diuerſa ratione pro-
miſſa computantur, & ſic ex diuerſis non fit il-
latio, & ita tenet Parlador. contra Laſarte, *vbi ſu-
prà cap.* 16. *in fin.* aliud volens & male, & etiam
in promiſſis, ſed vt ibi aſſerit, praxis recepit o-
pinionem Parladorij quòd de promiſſis Gabella
non ſoluitur. Sic neque ſoluetur ex cenſu im-
155 poſito ſuper re vendita ſi cum onere cenſus † il-
lius vendatur, vt in hac lege dictum remanet,
item debetur Gabella de toto pretio venditio-
156 nis. ſiue pretium ſit † iuſtum ſiue non, hoc enim
ad fiſcum nihil attinet explicare an iuſtum ſit
necne pretium modo valida ſit venditio, & ve-
rum ſit tanti venditionem fuiſſe contractam, de
hoc enim conſtare debet, alias enim non proba-
bitur venditio, *vt ex Pinelo inquit Laſarte in ſcholio ad
noſtram legem, num.* 14.

Ibi, *vendieren*, & ſic tantummodo conſideratur
pretium conſtitutum, non habita ratione, quòd
pretium minus ſoluatur propter onus venditio-
ni appoſitum, & ſic propter expenſas proxene-
tarum, & ſubhaſtationum, vt dictum eſt, vel eo
quòd obijciatur onus emptori, vt vltra pretium
liberet alium fundum venditoris, qui erat obno-
xius emptori pro ſolutione annua, quæ erat re-
dimibilis certo pretio aut alias erat communi
vſu æſtimabile, ſecus ſi ex communi vſu onus
illud in pretiũ non erat reſolubile, puta quia ha-
beret emptor ius tranſeundi per prædium ven-
ditoris, quia tunc non conſideratur hoc, † *ita A-* 157
mede. à Ponte in quæſtio. laudemia. quæſtio. 6. in fi. ne-
que obſtat id quòd remanet dictum, quòd ſi ſu-
per fundo habeo cenſum conſtitutum redimibi-
lem, & poſt vendo illum fundum cum cenſu il-
lo, quod illius cenſus non debetur Gabella, quia
hoc procedit ex eo quòd ex cenſu illo iam eſt
ſoluta Gabella vel eſt ſoluenda, & ex vna met re
non debet ſolui duplex Gabella, vel quia eſt o-
nus diminuens pretium prout in ſimili dixit A-
medeus *vbi ſuprà quæſtione* 41. item nota quòd de-
betur Gabella ex pretio pro quo res venditur
ſiue venditio ſit perpetua ſiue temporalis, † *ex. l.* 158
*cum manuſata verſ. Sylua cadua ff. de contrahen. emp-
tione. & iuxta notata in. l. fin. cum gloſſa contractm. C.
de legat* & ſiue res vendita ſit propria ſiue aliena
ſi vt ſuam eam vendat, nam & res aliena vendi
poteſt, *ex textu in. l. rem alienam. ff. de contrahend.
emptio.* ſecus ſi alienam nomine domini vende-
ret ſiue eius mandato, nam tunc ſi dominus non
haberet ratum non debetur decima *vt in hac di-
ctum eſt lege*, & ſemper ex venditione debetur
Gabella, dum tamen venditio effectum habeat
† & valida ſit, ſecus alias, vt in propoſitum ho- 159
rum verborum notat Laſarte *in ſcholio ad hanc le-
gem in num. 14. & 15.* & hæc pro hac lege ſuffi-
ciant, vt ad alias deueniamus. Sed an læſus a Re-
ge poſſit vectigalium defraudatione recompen-
ſationem ſibi facere vide Salon, *de iu. & iure capit.*
188. *col. pen.* & latius Pet. Nauarra *de reſtit. lib.* 3.
ca. 1. num. 146. cum ſequent. aliquibus.

LEX SECVNDA.

SVMMARIVM LEGIS.

Ex per mutationibus Gabella debetur & ſoluenda eſt.

SVMMARIA.

1 *Permutatio vel cambium quod dicatur, numero* 1.
2 *Permutatio triplici modo fit, num.* 2.
3 *Permutationis contractus habet maximam vim & ſi-
militudinem cum contractu emptionis, num. 3. & ſic, num. 4. traditione rei permutata tranſit verum dominium, & vſu capiendi conditio, & num 5 debetur euictio, & num. 6. redhibitoria & quanto minoris.*
4 *Permutari poſſunt omnes res, quæ poſſunt emi & vendi. numer.* 7.
5 *Permutatio & emptio & venditio diuerſi contractus ſunt, num. 8. & ſic in aliquibus diſtinguitur à permutatione emptio, vt numero* 9.
6 *Gabella non deberetur ex permutatione ſi lex ſolum ex venditione deberi iuberet, num.* 10.
7 *Gabella debetur ex omni contractu etiam innominato quando aliud pro alio datur, num. 11. vt de do vt des, non vero de facio vt facias, vt num. 12. dum tamen ex vtraque parte ſit implementum ſecutum, num. 13. attento iure veteri, ſecus attento noſtro, vt num. 14. & 15. & cui Gabellario tunc ſoluetur, cum Parlad. contra Laſarte & Giron. & n.* 18.
8 *Gabella debetur quoties vinum pro vino datur Laſarte contra Parla. num.* 16.
9 *Gabella non debetur de promiſſione de permutando vel vendendo, num. 17. & 19.*
10 *Gabella an debeatur ex tranſactione, num.* 20.
11 *Gabella an debeatur de compromiſſo, num.* 21.
12 *Gabella an debeatur de donatione, num. 22. & nu. 23. 24. & 25. quid in donatione remuneratoria vel reciproca.*
13 *Gabella an debeatur de fide-iuſſione, num. 26. & num. 29. vſque ad* 33.
14 *Verba legis ſoluere iubentis Gabellam de primario contractu, non de ſecundario, prout eſt fide-iuſſio intelligenda ſunt, num.* 27.
15 *Fide-iuſſio proprie non eſt contractus, num.* 28.
16 *Fide-iuſſor vti poteſt priuilegio conceſſo minori pro quo fide-iuſſit, quoties habet regreſſum contra minorem. num* 30.
17 *Fide-iuſſor obligari non poteſt in duriorem cauſam, quam principalis, num.* 31.
18 *Fide-iuſſio eſt acceſſio obligationis principalis, nu.* 32.
19 *Gabella an debeatur de libertate & manu miſſione, num.* 33.

20 Gabella

141 menſuram † conditionalis eſt,& imperfecta an-
te menſurationem,& ſi facta fuerit traditio,non
tamen dicitur tranſlatum dominium, quia illa
dicitur nuda à cauſa *ſecundum Socin.conſ. 26.colum.
fi.volum.1.& Rolan.Valle.conſ.7.n.14. volu.3.& additio
deciſio. 68. Matth. Afflic.* & ideo ante menſuratio-
142 nem venditoris eſt periculum † *vt per textum. l.ſe-
cunda C. de peri.& commod. rei vend. l.24 titulo.5.part.
5. Couar. in pract. cap. 3. num. 6.* & conſequenter
non poterit ſtatim peti Gabella, ſed tunc demũ
143 cum † menſuratio facta eſt, *vt per Laſarte vbi ſuprà
capitu. 5. numero 25. cum ſequentibus aliquibus*, & ſic
tunc ſecundum eum ibi, *num.* 30. & Parlado.*lib.
1. rer. quoti. ca. 3 §. 3. num.* 26. debebitur Ga-
bella primo Gabellario non vero ſecundo in
cuius tempore menſura facta eſt. Et notandum
quòd ſi menſura facta eſt, & erratum fuit in ea,
poteſt peti vt iterum metiatur & ſuppleatur de-
144 fectus, † *ſecundum gloſ. vbi DD. maxime Imol. num. 7.
in capit. per tuas de donatio.* vbi & declarat an per
receptionem rei videatur renuntiatum iuri
competenti in qualitate rei, vel alias concernẽ-
te rem ipſam. Emptorque,cui facta eſt venditio
ad menſuram poſt ſexaginta dies lapſos à die
menſuræ non poterit dictam declamationem
145 † pro re integratione facere, *ſecundum Cauallinum
de euictio. pagina. 265. in fin. in par.* vbi hoc intel-
ligit verum quoties in contractu venditionis
vel locationis fuit dictum quòd erat ad menſu-
ram tot iugerum,& ſi plus vel minus faceret de-
traheretur, ſecus vero ſi dictum ſit, quòd eſt
menſurandum per homines expertos, tunc
enim à declaratione agrimenſorum poteſt ſem-
per quis ſe grauari, & peti reſciſſio, quia eorum
146 declaratio non tranſit † in rem iudicatam,& po-
teſt rettactari per alios meliores, *ſecundum Iaſo.
in. l. admonendi in lect. numero 47. & in repetitione
num. 38. cum 3. ſequentibus. ff. de iure iurando*, & ſic
non poſſunt dicti agrimenſores puniri de falſo
teſtimonio *ſecundum eundem Iaſo. in. l. 1. §. fin. ff.de
verborum obligatione*, ſed difficultas ſtat quando di-
cetur venditionem fieri ad menſuram, pondus
147 vel numerum. † de quo late per Capiti. *deciſione
Neap. 14. &* Maria. Soci. *conſ. 43 volu. 2.* & Co-
uar. *in pract. dict. cap. 3.* & in ſpecie per Laſarte
dict. ca. 5. num. 22. cum ſequentib. aliquibus,quem vi-
de ne amplius immoremur in hac lege. Vltimo
limitatur noſtra concluſ. & aſſumptum vt non
procedat quoties venditio à principio nulla eſt,
vt pote quia venditio facta eſt doloſe, & dolus
fuit talis,qui dedit cauſam contractui vel fuit fa-
cta à minore, non ſeruatis ſolemnitatibus iuris,
tunc enim ſi poſtea ratificetur & approbetur
contractus per minorem, vel illum, qui paſſus
148 eſt dolum,ex tunc debetur Gabella † & non an-
tea,& debetur Gabellario exiſtenti tempore ap-
probationis non vero primo, *ita Laſarte vbi ſuprà
cap. 14 nu. 57. & 58* quibus gloſ. hæc finitur.

Ibi, *Alcauala*, quid ſit & quare ſic nominetur,
quæſtio eſt de nomine de qua per Parlador, *libro
1. rer. quot. ca. 3. in pri. num.* 20 *cum ſequentibus*, &
per Laſarte *de decim. vend in præludio & præfatione*
& per Gironda *de Gabel. in præludio* 1. quæ cum ſit
quæſtio de nomine non eſt ſuper ea inſiſten-
dum.

Ibi, *Dellos ſe cobre*, verbum illud dellos ad ven-
ditores de quibus antea locuta eſt lex noſtra re-
fertur, & referendom eſt, eis enim iam ex lege
noſtra incumbit Gabellæ ſolutio, niſi vbi aliud
deciſum reperitur, vt in hac dictum eſt lege, &
qua actione petenda ſit † declarat Laſarte *vbi ſu-* 149
pra capitulo ſeptimo, numero 62. ſed tu dic quòd ſi de
venditione facta eſt ſcriptura publica,coram ta-
bellione, de qua ſecundum legem quaterni te-
netur tabellio ipſe præbere copiam Gabellario,
virtute illius copiæ petit Gabellarius executio-
nem pro Gabella, in locis vbi ita conſuetum eſt
fieri, de qua conſuetudine & ſtylo debet in pro-
ceſſo conſtare:aliter enim non fiet executio,ſed
via ordinaria petenda erit, ſicut petitur cum
nulla adeſt ſcriptura,de venditione.

Ibi,*De cada diez marauedis vno*, ita quod ſi ad de-
cem vſque non aſcenderit Gabella non debea-
tur, † quia limitata cauſa limitatum producit ef- 150
fectum. *l. age cum Geminiano. C. de tranſactione.* &
fuit hæc doctrina Bart. ſic tenentis *in.l.sia autem,
in pri. ff. de adm. tut.* quem ſequitur Parlador. *lib.* 1.
rer. quoti. cap. 3. §. 7. numero 3. & Didacus Perez
alios referens *in. l. 1. titul. 5. libro 1. ordina. pagin.*
206. *in fi. cum pri. ſequentis*, id applicans ad legem
noſtram,etiam ſi Laſarte in ſcholio legis noſtræ
ſuper ijs verbis ex ſingulis denis, aliud & male
voluerit, ponderando ad hoc legem ſequentem
ibi, *a reſpecto di diez vno*, quaſi voluerit lex in ijs
verbis dum reſpectum conſiderat, velle vt et-
iam ſi ad decem non aſcendat habito de decem
reſpectu ſoluatur, ſed meo videri id non conſi-
derauit lex illa, ſed tantum ad permutationis
Gabellam reſpexit ſoluendam,diſponendo qua-
liter cum pretium in ea non interuenit numera-
bitur Gabella, & inquit quòd ex æſtimatione
rei permutatæ ſoluetur Gabella ex decẽ vnum,
bene tamen verum eſt quòd ſi res vendatur
pluſquam pro decem,puta pro quindecim, tunc
ſoluetur integre Gabella pro decem, & ex illis
quinque habito reſpectu ad decem debebitur
etiam Gabella † prout quotidie fit, ſed ſi ad de- 151
cem non attigerit nummos res vendita nulla
debebitur Gabella,& hoc verius & tutius de iu-
re eſt, & morapetinus hodie & tunc efficit dua-
rum blancarum ſummam, neque habemus cor-
pus aliquod pecuniæ quòd marauedinus appel-
letur, *ſecundum, Couar. de numis, cap. 3. & eo allegato
Laſarte hic ſuper verbo marauedinis*, & res eſt clara.
Sed an ementes à Rege Gabellas populi alicuius
poſſint recipere de decem vnum vide per Ma-
giſ. Lopez, *in. 1. part. inſtruct. conſci. cap. 188. col. 2.
verſi. inſuper cum ſequentis. pag.* 444. & Salon, *de iuſ.
& iur. c. 188. pag. 444. in fi. cum ſeq.*

Ibi, *De todo el precio porque vendierẽ*, & ſic nullis
deductis expenſis proxenetarum, aut alterius
perſonæ,non enim deducuntur, † verbum enim 152
hoc, de todo, omnem deductionem excludere
videtur, nam qui totum dicit nihil excludit. *c. ſi
Romanorum. 19. diſt.* in fiſco maximè, vt aduertit
Parlador. *vbi ſuprà nu.* 10. etiam ſi de iure ciuili
diuerſæ eſſent opiniones, & in earum diuerſita-
te alij diſtinctione vtebantur, ſed vt inquit ibi
Parlado. *ex lege noſtra* in dubium eſt Gabellam
deberi totius pretij pro quo res eſt vendita nul-
lis deductis expenſis, proxenetarum & ſubha-
ſtationum, ac ſimilium rerum, † & hanc ſe- 153
quitur Laſarte, *de decim. vend. cap. 16. in pri.* &
Gironda *de Gabel. in præludio, numero 31. & ite-*

rum

ver. ſucceſſiuè, de ſponſal. & eo relato Auguſt. Boro. in
quæſtione quinta famil. numero primo, verbum volo in
127 iunctum in finitiuo † non importat actus præ-
teriti executionem, ſed infert actum in fieri
nondum perfectum, & ſic volendo partes vel
aliqua earum per hoc verbum, volo, ſcripturam
fieri, iungendo illud infinito denotant ſcriptu-
ram pro ſubſtantia requiri, cum nondum ſit
actus perfectus, ſed in fieri, vlterius proſequen-
do aſſumptum noſtrum non procedet lex no-
ſtra quotieſcunque venditio celebrata eſt hac
conuentione pretij quanti Titius æſtimauerit,
tunc enim non debetur ſtatim Gabella Gabel-
lario tunc exiſtenti, ſed eſt in pendenti Gabel-
128 lam deberi, donec Titius æſtimet † pretium, tum
quia ſi Titius non arbitratur & moritur ante
nulla eſt venditio, tum etiam quia eo æſtimante
tunc perficitur venditio, *ex text. in. §. pretium inſt.
de emptione, & venditio.* & pretio non definito im-
poſſibile eſt decimam eius computare, & proba-
tur etiã *ex lege ſecũda*, ibi, *ſine pretio nulla eſt venditio.
ff. eodem titulo & ex lege nona, titulo quinto, part. quinta
etiam patet*, ibi, *eſtonce*, quæ extremitatem tempo-
ris ſignificant, *ex. l. quarta §. fin. vbi gloſ. Bart. &
DD. notant. ff. de condi. & demonſtra.* & conſequen-
ter ex hac venditione debebitur Gabella Ga-
bellario illi, qui erat tempore quo Titius pre-
129 tium † æſtimauit, *vt per Girondam de Gabel. 9. parte §.
1. numero 27. & Laſarte. in dicto capitulo tertio, nume-
ro 19.* vbi *numero 20.* reſpondet cuidam obiectio-
ni, quæ meo videri nulla eſt obiectio illa, neque
impedit ſuprà dicta & *numero 22.* infert ex hoc
duo, primum quod ſi Titius nõ declarauerit pre-
tium nulla eſt venditio, & ſic nulla debetur Ga-
bella, ſecũdum quòd ſi tempore pretij declarati,
exẽptus fuerit per Regem à ſolutione Gabella-
rũ non debebit ex hac venditione Gabellam, &
è contrario ſi tempore cõuentionis erat exemp-
tus venditor, & tempore, quo Titius declarat
pretium non erat exemptus debebit eam. Et
130 an Gabellarius poſſit Titium illum cogere † ad
declarandum pretium tradit Bald. *conſilio* 444.
volumine quarto relatus per Boſſi. *in practi. ſub titulo
de vectigali, quòd ſoluitur, ex contractu, numero quar-
to*, & quid ſi Gabellarius remittit conſcientiæ
vel voluntati vel verbo debitoris ſolutionem
mercium, quas defert reus fiat culpæ, & reſti-
tutionis, ſi non prodiderit quantitatem mer-
cium, ſolutionemque integram exhibuerit,
vide per Solo. *de iuſt. & iur. capitulo 187. pagina
442. columna ſecunda cum ſequentibus.* Idem etiam
dicendum eſt ſecundum Laſarte *ibi, numero vi-
geſimo-quarto cum ſequentibus.* quoties quis vendi-
dit aliquam rem amici ſui, cuius tamen non
habet mandatum, ſcit tamen eam vendere
velle, & reperta bona occaſione vendidit
eam, nam tunc ratificando venditionem hanc
dictus eius amicus verus dominus illius rei,
cum ex tunc venditio robur accipiat, ex tunc
131 debetur decima † & dabitur Gabellario illius
temporis cum in præiudicium Gabellarij huius
non ſit ratificatio retrotrahenda, ad tempus
contractus ratificati, ſecus tamen erit ſi quis
rem alienam vt ſuam vendat, nam tunc eum
res aliena vendi poſſit, *leg. rem alienam. C. de
contrahend. emp to.* tenebitur ipſe venditor ad
132 Gabellam, quia vt ſuam † vendidit, *vt tenet*

licet ſub dubio *Ciron da de Gabel. quintæ parte in
princ. numero vigeſimo-octauo*. Limitatur etiam
noſtrum aſſumptum & lex noſtra vt non pro-
cedat in iudiciali venditione facta in via exe-
cutiua virtute ſententiæ de remate, nam tunc
non debetur ſtatim decima vſque dum † ca- 133
piatur poſſeſſio bonorum illorum per empto-
rem, eo quòd debitor ille, in cuius bonis fa-
cta eſt executio pœnitere poterit interim, &
à venditione rerum ſuarũ facta recedere ſoluto
debito creditori, vel emptori intra tres dies in
rebus mobilibus, & intra nouem in immobili-
bus, *vt ex Caſtillo, Couar. & Didaco Perez, & Matienço,
notat Laſarte vbi ſuprà cap. 57. n. 57. vbi n. 58.* inquit,
non idẽ eſſe cũ ſuperiores iudices extra ea tem-
pora decreuerint ſoluto debito creditori exe-
quẽti bona executata reddi debitori ſoluẽti, nã
tunc Gabella † non reddetur tali executato, 134
quia bene eam recepit, & id ſuperiores ex gratia
faciũt, potiuſquam ex iure & hęc gratia non de-
bet redundare in præiudicium iuris quæſiti Ga-
bellario illi pro Gabella illa, & *in numer. 59.* nos
allegans inquit ipſe Laſarte prius deducen-
dam eſſe Gabellam † ex bonis ijs iudicialiter 135
venditis quam ſoluatur debitum creditori,
quòd ſecus eſt quoad decimam executori ſol-
uendam, & bene, & idem, in redimenti rem
ſuam captam ex primo & ſecundo decreto,
nam ſi intra tempus à iure permiſſum redi-
mat, nullam debet Gabellam, † *ſecundum Ti-* 136
*raquel, de re tract. conuentio. §. ſexto, gloſ. 2. nume-
ro decimo-octauo*, limitatur etiam noſtrum aſ-
ſumptum vt non procedat in pacto de ven-
dendo, vel in promiſſione, de vendendo, in
eis enim niſi perficiatur venditio & promiſ-
ſio illa adimpleatur non debetur Gabella,
† neque peti poteſt niſi tunc demum cum per- 137
fecta eſt venditio, antea enim venditio non
eſt, *vt expreſſe reſoluit Laſarte vbi ſuprà capit. de-
cimo-ſeptimo, numero quadrageſimo cum ſequentibus ali-
quibus, & Gironda de Gabel. 5. part. in pri. nume-
ro vigeſimo-quarto alios allegans, & latius in. 9. par.
numero primo cum ſequentibus, & Rolan. Valle conſ.
69. numero vigeſimo, vol. 3. & in. l. ſequentibus, nu-
mero decimo-nono*, idemque eſt ſiquis vendat
rem alicui pro certo pretio ſi res ei placnerit
intra certum tempus, & poſt intra illud tantum
tempus, emptor dicat diſplicere ſibi rem, tunc
enim nulla eſt venditio, & ſic Gabella non
debetur, neque † poteſt peti antequam emptor 138
declaret, vel tranſeat tempus diſplicentiæ *ita
Laſarte vbi ſupra, capit. 14. numero 30.* vbi in-
quit quòd ſi tempus diſplicentiæ non declara-
tur intelligitur, eſſe. 60. dierum † *ex. text. in. l.* 139
*quòd ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edi. notat. Anton.
Gom. 2. tom. c. 2. numero 19.* non tamen ſufficeret
dicere intra illos 6. dies quod ſibi diſplicet, ni-
ſi & rem reſtituat intra illos † *ſecundum Iaſ. in. l.* 140
ſiquis arbitratu, numero 24. ff. de verb. obl. limi-
tabis etiam noſtrum aſſumptum vt non pro-
cedat in venditione facta ad numerum, pon-
dus, vel menſuram, tunc enim non ſtatim de-
betur Gabella neque peti poteſt, quia neſcitur
quanta erit, neque eſt perfecta venditio ni-
ſi facta menſura, vel pondere, vel numera-
to numero, ſed tunc demum facta menſu-
ra, pondere vel numero, nam venditio ad

num. 29. & diximus in. l. 1. num. 9. tit. 25. lib. 5. ſup.
& hãc communem & veram & in praxi recep-
tam eſſe dixit Laſarte, *vbi ſuprà cap. 4. num. 31.* &
probatur *ex. l. 9. infrà iſto tit. & lib.* & melius *ex*
argumento. l. 10. infra eod. titu. & li. dum ibi iube-
tur quòd contractus venditionis rerum immo-
bilium ſolum fiat per tabellionem loci in quo
bona vendenda exiſtunt, ne forte alio modo de-
fraudetur Gabella, & conſequenter diſponitur
hoc eſſe, quia ibidem vbi ſunt bona hypotheca-
ta & obligata ſpecialiter & ſuper quibus ſpecia-
liter cenſus conſtituitur debet ſolui decima, ſed
ſi bona hæc ſint in pluribus & diuerſis locis, dic
ſecundum dictos DD. & maximè Laſarte *vbi ſu-*
prà capit. 10. num. 14. quòd tantam partem Gabel-
lę illius vnuſquiſque Gabellarius habebit, quan-
tam rerum prædicto cenſui ſuppoſitarum in ſuo
territorio eſſe conſtiterit, per iudicialem om-
nium bonorum æſtimationem, *vt ibidem optimè*
explificat ipſe Laſarte, & Parladoe, li. 2. rer. quot. c. 3. §.
fi. ad fi. & ita in praxi *vti aſſerit ipſe Laſarte*, & res eſt
ſine dubio, & quid ſi vendis in hoc regno rẽ, quę
120 ſit in alio an † Gabella debeatur, vide Laſarte *vbi*
ſup. c. 4. n. 15. Vlterius limitatur noſtræ legis con-
cluſio in ijs verbis, quæ cõmentamur vt nõ pro-
cedat in venditione, in qua conuentum eſt inter
partes, vt in ſcriptis venditio fiat, vel quod de
venditione fiat ſcriptura, nam hoc in caſu licet
de re & pretio conuentum ſit, tamen quia ante-
quam ſcriptura fiat partes poſſunt reſilire à con-
tractu, & vſque dum ſcriptura fiat non eſt per-
fecta venditio *ex tex. in pri. inſt. de emptione, & vend.*
& l. 6. t. 5. part. 5. meritò quod nõ debetur Gabella
ſtatim quod de re & pretio conuentum eſt, ſed
121 tunc demum cum ſcriptura † eſt facta, & quòd
debeatur Gabellario illi, qui adeſt tẽpore ſcrip-
122 turę, non vero illi, qui aderat † tempore conuen-
tionis, *ita in ſpecie tenent Montal. l. 3. gloſ. fi. tit. 10. lib. 3.*
for. & Caſtillo l. 70. Taur. ver. Del contrato, & quòd an-
tea non ſit perfecta vẽditio, & debeatur Gabella
ſecundo Gabellario tenet Gironda *de Gabel. 5.*
par. in pri. num 14. cum ſequentibus pluribus, & tenet
etiam Anto. Gomez, *tom. 2. cap. 2. num. 17.* vbi
hoc intelligit dum tamen hoc dicant partes in
ipſo contractu, vel ante, ſecus vero ſi poſtea,
123 † nam tunc clarum eſt quòd noluerunt ſcriptu-
ram fieri ad ſubſtantiam contractus, ſed tantum
ad probationem, *ſecundum gloſ. in dict. l. 6. & Di-*
da. Perez. in dict. l. 3. titu. 8. lib. 3. ord. colum. 1055.
in fi. Sed eſt quæſtionis non leuis quando dice-
tur requiri ſcripturam ad ſubſtantiam contra-
124 ctus, non vero ad probationem, † ita vt ante-
quam fiat partes à contractu reſilire poſſint, vel
non, & in hoc de iure ciuili erant opiniones, ſi-
cut & inter noſtros Hiſpanos & nunc ſunt, nam
volunt aliqui quòd ſi contrahentes tempore
conuentionis & venditionis dicant, quòd de hac
venditione & contractu fiat ſcriptura videntur
velle, quod ſit de ſubſtantia, ita quod antequam
ſcriptura fiat reſilire poſſint à contractu, & hanc
opinionem tenuit gloſ. *in. l. interpartem, ver. ſine*
ſcriptis. ff. de contrahe. emp. tenet Azo. *in ſum. num. 27.*
C. de fide inſtrum. quem DD. ſequuntur teſte Salicet. in
Authentica ſed nouo iure C. ſi cert. Pet. & alij plures re-
lati per Matienço, l. 2. titu. 16. gloſ. fin. num. 2. & pro ea
inquit facere text. in. l. 6. titulo quinto part. 5. ibi, Quiero
que ſea de eſta vendida carta hecha, e la vendida, &c.

Vbi Gregor. ita tenet dicens hanc legem ap-
probare opinionem Azon. niſi aliud conſtaret
fuiſſe de voluntate partium, vt in venditione
tenet Laſarte, *de decim. vendi. cap. 3. numero de-*
cimo-tertio cum ſequentibus, & in dict. cap. decimo-ſep-
timo, numero quadragesimo-ſeptimo cum ſequentibus,
idem in permutatione eſſe dicit, contrariam ta-
men opinionem, imò quòd etiam ſi partes tem-
pore contractus dicant quòd fiat de conuentio-
ne ſcriptura, non cenſeantur requirere ſcrip-
turam pro ſubſtantia, contractus ſed tantum,
pro eius probatione, & quòd ſic à contractu re-
ſilire liceat, niſi expreſſe dicatur vel probetur
hanc fuiſſe partium voluntatem non aliter con-
trahere velle, niſi in ſcriptis, ita quòd ſcriptu-
ra requiſita fuerit pro ſubſtantia contractus, &
eius ſubſtantiali forma, *tenuit Accurſi. in. §. 1. inſt.*
de emptione, & vendi. & fuit opinio Ioannis vt ibi patet,
& ibi Angel. eam dicit communem, & plures alij relati
per Matienco vbi ſuprà, numero tertio & ibi ego eam ſecu-
tus fui, in numero vigeſimo-nono, idque fundatur
quia emptio & venditio ſolo verbo & conſenſu
partium contrahitur & perficitur, vt in hac le-
ge dictum remanet, ergo quamuis partes addant
quòd fiat ſcriptura, non mutatur ſubſtantia
emptionis. quæ nullam requirit ſcripturam ad
ſui perfectionem, *vt in. l. 1. & 2. ff de contrah. empt.*
adeo vt nulla alia requiratur ſolemnis ſtipula-
tio, nec alia perfectior forma, & ſolemnitas
formalis, *vt inquit Anton. Gom. tom. 2. capit. 2. in*
prin. ante. numero primo. neque eſt de contracti-
bus in quibus pro forma requiritur ſcriptura *ex*
relatis per gl. in c. 1. de cen. in. 6. præſertim attenta
d. l. titulo 16. lib. 5. ſuprà, vbi ſola obligandi vo-
luntas conſideratur & non alia perfectior for-
ma, & ſic ibi Matienço *ex ipſamet lege 2.* dixit
hanc ſecundam opinionem eſſe approbatam &
veriorem ac receptiorem, & eam ſequi vi-
detur Velaſcus, *de iure emphyt. quæſt. 7. numero 4.*
cum ſequen. vbi inquit quod in illis caſibus *relatis*
per gloſ. illam d. c. 1. de cenſi. in. 6. in quibus ſcriptu-
ra requiritur, non requiritur pro forma ſubſtan-
tiali, ſed tantum pro probatoria, quia teſtibus
contractus illi probari poſſunt, dum tamen nu-
merus teſtium ſit maior ordinario numero, *vt*
ſuper illa gloſ. omnes notant, & nos alibi diximus, & ſic
in dubio, (*vt inquit Maſcard. de probatio. concluſio.*
1425. numero decimo) contractus non cenſetur
celebrari † in ſcriptis, ſi aliud non appareat, 125
vel probetur fuiſſe ex contrahentium volunta-
te, & huic ſecundæ opinioni non ſolum non
obſtat *dict. lege ſexta, titulo quinto, part. quinta, in*
contrarium allegata, ſed potius pro hac ſecunda
opinione eſt expreſſa, vt apparet ex illis ver-
bis, *Y quiero que ſea de eſta vendida carta hecha*,
ponderando verbum illud, quiero quòd eſt
diſpoſitiuum, † *vt ex tex. in lege Pamphilo, §.* 126
propoſitum, de lege tertia notatur per omnes ibidem,
& cum diſponat manifeſte colligitur non a-
liter contrahentem voluiſſe contrahere niſi
ſcriptura de venditione, vel contractu fie-
ret, & conſequenter, lex hæc pro nobis facit,
licet Gregor. Lopez *in eadem lege ſexta* non per-
pendens naturam dicti verbi, *quiero*, legem
illam pro prima opinione facere, male aſſe-
ruerit, & vt omnes notant præſertim Cardin.
Alexand. *in capit. ex literis. 1. column. 4. cum ſequent.*

ver.

& in recognitionem directi reſeruati, annua ſibi
penſio ſoluitur, *iuxta l. 1. C. de iur. emphyten.* &
in hoc non interuenit pretium, & ſic non poteſt
dici emptio nec venditio, *ex. §. pretium inſt. de
empt. & vend.* & interim quòd non redimitur
cenſus hic aſſimilatur locationi, *vt apparet ex. l. 28
titulo 8. par. 5.* & conſequenter donec redimatur,
& ex redemptione & pretij ſolutione perficiatur
& efficiatur emptionis contractus non
debetur ex eo Gabella, & tunc debetur Gabellario
illius temporis, & ita in praxi receptum inquit
Gironda *vbi ſupra,* & Ante eum Laſarte *de decim.
vend. cap. 10. numero 51. & iterum numero 57.
cum 4. ſequentibus,* & tunc debetur Gabella ab illo
104 † qui rem dedit in emphyteoſim, & ſoluet eam
Gabellario exiſtenti tempore redemptionis, &
vt ibi optime aduertit ipſe Laſarte contra Couarr.
ex fundo illo dato ad cenſum huuc ſiue
perpetuus ſiue redimibilis ſit cenſus hic, nullam
105 Gabellam debet ipſe dans nec recipiens, † locationi
aſſimiletur, ex qua non debetur, niſi prius
fundus venderetur pro pretio aliquo, & poſt
106 pretium illud † reduceretur ad cenſum, nam
tunc ex venditione fundi debebitur Gabella
per vendentem, & ex conſtitutione cenſus
debebitur alia per imponentem illum ſuper
illo fundo vel ſuper alio, & *numero 73. & 74.*
hæc limitat Laſarte, vel cum datur pro cenſu
redimibili emphyteotico redimitur poſt, nam
tunc peti poteſt vt diximus ſed an ſi cenſus hic
107 emphiteoticus eſſet in perpetuum † conſtitutus
debebitur ne Gabella aliqua, dic intrepide nullam
deberi vllo tempore, niſi poſtea ex partium
conſenſu redimatur talis cenſus, nam tunc debebitur
& ſoluetur Gabellario illius temporis,
ſecundum Laſarte vbi ſuprà, numero 56. imo ſi po-
108 ſtea rem illam Domino cenſus reddam † nulla
Gabella debetur, *vt per Laſarte vbi ſuprà, num. 57.*
itidem ſiquis arcam ſuam det alicui vt commu-
109 nem domum ædificet † nulla Gabella debebitur
ſecundum Laſarte vbi ſuprà, numero 14. ſed an
de conſtitutione cenſus vitalis, *Vulgo de por vida,*
110 † debebitur Gabella, & deberi inquit Gironda,
d. 5. par. §. 1. numero 1. dnoi ibi illum ponit
cum facultate redimendi ſicut in cenſu redimibili
& reſolutiuo, & in vtroque dicit Gabellam
deberi, & Laſarte clarius & latius idem tenuit
in de decim. vend. cap. 10. numero 38. cum 4. ſequentibus,
ego tamen hanc opinionem ita indiſtinctè
propoſitam non vtique veram crederem
111 † ſed diſtinctione eſſe in ea procedendum arbitror,
ſcilicet quod ſi cenſus hic vitalis, prout ſolebat
fieri per vitam alicuius conſtituebatur ita
quod dum ille viueret, cenſum ſolueret, nihil
aliud obligando pro ſecuritate cenſus & eius ſolutione,
quam vitam illius, ſuper quo conſtituitur
etiam ſi perſona conſtituentis obligaretur,
non vtique crederem ex tali contractu Gabellam
deberi, quia revera nulla interuenit emptio,
nec venditio, libera enim perſona neque emi
neque vendi poteſt, cum ad imaginem Dei ſit
formata, neque vllo pretio æſtimari poteſt, nam
& ipſa libertas inæſtimabilis eſt, & ſic Sarmiento
lib. 7. ſel. inter. capit. 1. nume. 40. inquit vitalem
hunc cenſum non emptionem & venditionem,
112 ſed aleatorium † quendam contractum dici poſſe,
neque huic obſtat opinioni, quòd iactum retis
quòd in ſpe conſiſtit emi poteſt, *vt inquit Laſarte
vbi ſupra,* quia illud iactum æſtimabile eſt iudicio
bonorum virorum, vel ex contrahentium conſenſu
exiſtit, & vendibile eſt, quòd eſt diuerſum
ab hominis liberi venditione, ſeu æſtimatione,
ſed ſi pro aſſecuratione huius cenſus vitalis vltra
perſonæ vitam & obligationem obligarentur
aliqua bona † immobilia, tunc vtique Ga- 113
bellam deberi exiſtimo, quia ſunt obligata bona,
quæ quotidie venduntur & æſtimantur, &
dum durat vita illius ſuper quo conſtituitur, durat
obligatiò, & emptio rerum obligatarum pro
quantitate illa cenſus conſtituti, ſicut & poteſt
cenſus conſtitui per quindecim aut plus limitatos
annos iuſto pretio pro eo dato † & recepto, 114
*vt diximus in Rub. titul. 15. de los cenſos, numer. 4. lib. 5.
ſupra,* vbi probauimus iuſtos eſſe cenſus hos vitales,
& ita cum hac diſtinctione reſideo, cum qua
voluit remanere Laſarte, *vbi ſuprà num. 39. in fi.
cum ſequen.* dum ibi dicit, ſed & præterea cum
hic cenſus vitalis conſtituitur, ne dum vera
emptio & venditio contrahitur, vt diximus, ſed
etiam rei immobilis ſupoſitio interuenit, & neceſſaria
eſt, ſicut in reliquis perpetuis cenſibus
deſiderari dicit, ecce quomodo hoc voluit ſentire
& tenere & iuſtificare ſuam opinionem, ex
communi praxi obligandi in hoc vitali cenſu
bona immobilia, ergo vera eſt noſtra diſtinctio
& eam ibi ſequi voluit ipſe Laſarte ſic conſiderans,
dubitat tamen Manuel Rodrigez *in ſua ſumma.
1. tomo, cap. 44 num. 2.* an in cenſu vitali poſſit
apponi conditio quod redimi poſſit. Sed an ex
cenſibus Regijs, quos iuros vocamus, debebitur
Gabella, † dic intrepide non deberi, & ſic practi- 115
ca cõmuni receptum eſt & defendit Laſarte *dict.
c. 10. n. 76.* imo & de cenſibus impoſitis per poſſi-
dentem hos iuros Regios ſuper ipſis iuribus, † vt 116
ita loquar, non debetur Gabella, ſiue impoſiti
cenſus ſint ad vitam, ſiue perpetuo, *vt per ipſum Laſarte
ibid. n. 43 & Gironda de Gabel. 9. part. in pri. n. 39.*
itidemque ſi ſuper domo habes cenſum aliquem
impoſitum, & vendis domum illam cum cenſu
illo, ex quantitate & æſtimatione cenſus † non 117
debes Gabellam, tum, quia iam erit ſoluta ex cẽ-
ſu illo, & nõ debet iterum ſolui, tum etiam quia
tanto minus accipis quanto cenſus ille æſtimatur,
*ita Laſarte dict. c. 10 n. 16. & 17 & Felicia. de cenſib.
lib 2. c. fi. 11.* indiſtinctè & melius ſic tenens contra
diſtinctionem à Laſarte ibi factam, & hoc niſi
ſecũdum quòd ibidem Laſarte dicit *in n. 37.* vendas
rem illam ſuper qua cenſum impoſitum habes,
non quidem cum ſuo onere cenſus impoſiti,
aut eius mẽtione facta, ſed vt liberam certo pretio,
tunc enim ex toto pretio Gabella debetur,
† & ita in practica determinaui. Sed quærendum 118
eſt etiam in quo loco eſt ſoluẽda Gabella cenſus
† impoſiti, in loco ne vbi bona exiſtunt obligata 119
cenſui, vel in loco contractus, vel alibi, & in hoc
dicendum eſt & tenendum deberi Gabellam in
loco illo vbi bona ſpecialiter cẽſui obligata exiſtunt,
& ſic indubitanter tenendum eſt deberi
Gabellam in loco vbi exiſtunt bona ſpecialiter
cenſui huic obligata & hypothecata & ſuper
quibus cenſus eſt ſpecialiter conſtitutus, non
vero in generaliter obligatis, *vt per plura fundamenta
tenet Felicia. de cenſibus libro ſecundo capitulo
fin. numero duo-decimo & Gironda, de Gabel. part. 6.
num. 29.*

de iuſ. & iure cap. 191. pag. 454. verſi. tertio no. cum
ſequen. & nota quòd in primo caſu cum datur ar-
rha pro ſigno ſi nulla ex partibus diſcedat à
venditione debebitur Gabella Gabellario qui
93 erat † tempore contractus non vero tempo-
re traditionis, quia iam verificatur vendi-
tionem eſſe pureſactam cum animo delibe-
rato partium ex tunc valida fuerit. Secundo
ampliatur noſtra concluſio quòd ex tempore
contractus Gabella debeatur, & peti poſſit
vt procedat etiam ſi ex partium expreſ-
ſa conuentione eſſet determinatum quòd rei
94 venditæ traditio fieret tali tempore, † & ſic
in diem aliquem vt tenuit Bar. l. Sancimus viris, &
ibi Platea. C. de conſuli. lib. 12. & ſic iudicatum ait
Ioſephus Ludouicus in. 114. deciſione Peruſi, & ſe-
quitur Laſarte vbi ſuprà capit. 6. nu. 12. Tertio
ampliatur & fortius vt idem ſit, quando ven-
95 ditio tota vel ſola pretij ſolutio † in diem cer-
tum differtur, nam & tunc peti ſtatim poteſt
Gabella, vt cum Auenda. Reſpon. 29. verſ. ſiſcus
cum ſequen. tenet Laſarte in. d. c. 6. num. 24. vbi à
num. 18. cum ſequenti. latè pro vtraque parte id
examinat, & tandem tenet hanc opinionem,
quam ego vidi regia ſententia in Senatu Regio
patrimonij Regij ſequutam, & ſic determina-
tum nullo inter vſurio medij temporis vendi-
tori per Gabellarium ſoluto neque ſoluendo, vt
dicebat Bar. in. l. in lege falcidia habet. ff. ad leg. fal. &
ſequendo Auenda. vbi ſuprà, etiam ſi Alexand. &
Xuar. ſecuti & relati per Parladori. in lib. 1. rer.
cotid. capit. 3. nu. 48. aliud in terminis velint te-
nere, & Auend. opinionem dicit veriſſimam
Laſarte in. d. ca. 6. num. 27. & nouiſſime, Giron-
da vbi ſuprà 4. part. §. 2. num. 1. cum ſequen. & vi-
detur probari ex. l. 10. in fi. infrà iſto tit. 17. dum
ibi denegatur petitio tabellionis nolentis & re-
cuſantis copiam talis venditionis tradere Ga-
bellario eam petenti pro recuperanda Gabella,
& iubetur vt omnino eam ſtatim tradat, quaſi
velit lex tradendam talem copiam Gabellario
vt ſtatim Gabellam illam recipiat & exigat, ali-
ter enim inanis videretur legis illius diſpoſitio,
& conſequenter quòd huic Gabellario tempore
contractus exiſtenti debeatur talis Gabella, non
autem illi qui fuiſſet die ſolutioni adiecto: quæ
quidem concluſio ſic ampliata limitatur primo
96 vt non procedat in conditionali venditione, † in
ea enim non debetur Gabella, niſi conditio ve-
rificetur, vt per Tiraquel. de retract. Linagiel. §. 1.
gloſ. 2. num. 23. & 24. & conſequenter ante non
poteſt peti, quia nondum eſt perfectus contra-
ctus, ſed verificata conditione debetur primo
97 Gabellario non ſecundo, † cum quo perficitur
conditio vt per Parlador. cap. 3. §. 3. nu. 25. lib. 1.
rer. cotid. vt per Tiraq. vbi ſuprà gloſ. 10. nu. 46. & in.
tit. de conuention. §. 5. in glo. 6. num. 27. ſecus vero
erit ſit non eſt venditio conditionalis, quia tunc
ſtatim debetur, ex quibus infertur quod de cen-
ſu redimibili ſuper bonis meis per me impoſito
in fauorem alicuius tertij emptoris, Gabella de-
betur à venditore & ab eo peti poteſt per Ga-
bellarium eo ipſo quod impoſitus eſt cenſus,
98 † tum quia cenſus hic emptio eſt & venditio, vt
apparet ex extrauaganti prima & ſecunda de emptione &
vendit. & ex tex. in Authen. vt n qui obli. ſe perhi. hab.
reſ. Min. §. quoniam verſic. licebit iuncta gloſ. ibi ver. reddi-
tus, in ſecunda expoſitione, & reſoluit glo. l. 28. tit. 8. p. 5.
ver. à cenſo, & Couar. lib. 3. var. c. 7. num. 2. quos ſe-
quens refert Laſar. de decim. vend. c. 10. numer. 4.
vbi merito reprobat Villalobos aliud dicentem,
& ex ijs ibi Laſarte in nume. 5. infert cum Dida.
Perez, & Parlado. ibi relatis ex tali cenſus redi-
mibilis conſtitutione gabellam deberi & ſtatim
peti poſſe, quia iam eſt perfectus contractus &
celebrata emptio & venditio, pro vt ante eos tenuit
Auendaño reſpon. 29. & Felicia. de cenſib. lib. 2. cap.
fin. nume. 1. hoc & iuſte eſſe ſine dubio aſſerens,
& idem nouiſſime tenet Gironda, de Gabel. 5. par.
§. 1. num. 1. alios allegans, neque conditio appo-
ſita quòd talis cenſus quandocunque venditor
voluerit redimi poſſit, ſuſpendit perfectionem
contractus, nam contractus emptionis perfectus
remanſit, & poteſtas illa redimendi illum ad vo-
luntatem venditoris imponentis cenſum ſuper
rebus ſuis immobilibus ad rationem quatuor-
decim mille pro milliario pro vt fuit conſtitu-
tus, non alterat naturam contractus nec ſuſpen-
dit illum, ſed iuſtificat, quia non alias iuſtificare-
tur & eſt ſicut in emptione cum pacto de retro-
uendendo † facta, in qua & ex qua Gabella de- 99
betur, nam cum ex venditionis contractu ius
Gabellæ ſit quæſitum non poteſt poſtea mutari
ex reſolutione eius, virtute voluntatis & pote-
ſtatis redimendi cum voluerit, & in pacto de re-
trouendendo ita tenet idem Laſarte vbi ſuprà cap. 14.
nume. 36. vbi num. 37. cum ſequentibus pluribus, tenet
quòd ex eius reſciſſione † noua Gabella non de- 100
betur, & bene, quia non eſt nouus contractus,
ſed dependens à cauſa antiqua, & neceſſaria, &
ibi alia proſequitur, circa pactum de retrouen-
dendo: ſic etiam ex dictis ſciendum eſt quòd ex
cenſus huius redimibilis conſtitutione ſuper re
emphyteotica conſtitutis, laudimium † debetur 101
domino emphyteoſis, ſecundum Franciſ. Mar. deciſio-
ne. 477. & Petr. Iacob. relatos, & ſecutos per Amede. à
Ponte, in quæſtionibus laudimialibus quæſt. 41. in pri. &
Gironda de Gabel, 9. part. in pri. num. 34. niſi ſecun-
dum eundem Amede. ibi, in quæſtio. 15. in fi. dominus
emphyteoſis approbauerit contractum & ven-
ditionem ab emphyteota † factum poſtquam 102
iam contractus factus erat, nihil ſibi reſeruans
iuris pro laudimio, vel ſi ante contractum diſtu-
liſſet præſtare conſenſum per duos menſes dum
requiſitus fuit vt præſtaret, vel recepit penſio-
nem poſtquam ſciuit contractum eſſe factum &
nouum emphyteotam in poſſeſſionem miſſum,
ſecus ſi ignoraret, vt ibi per eundem Amede. quæſt. 16.
ad fi. Sed an de cẽſu emphyteotico redimibili ta-
men, debebitur Gabella & poterit peti ſtatim
per Gabellarium illius temporis † antequam 103
redimatur & videbatur quòd ſic, quia iam erat
factus contractus & videbatur idem eſſe quod
in cenſu redimibili de quo ſuprà & ita tenuit
Auendaño, dict. reſpo. 29. æquiparans quo ad hoc
vtrunque cenſum, contrarium tamen & melius
tenuit Gironda vbi ſuprà. 5. par. §. 1. num. 2. & 3. imo
quòd non poſſit peti ſtatim Gabella, ſed tunc de-
mum cum redemptio fit & debebitur Gabella-
rio exiſtenti tempore contracti cenſus emphy-
teotici redimibilis, ex eo quòd in datione huius
cẽſus nulla ſtatim contrahitur venditio, & con-
cedens remanet cũ dominio rei accenſuatæ, quâ
concedit, vtile tantum dominium transferendo,
& in

ciũ. & ſic vno modo neque alio non fit iniuria
Gabellario & in ſimili idem conſulit Felicia. *de
cenſib. lib. 2. cap. fin. num.* 8. neque obſtant dicta
per Laſarte, quia in aliud ſunt propoſitum ſi be-
ne conſiderentur, neque hoc eſt ad hoc, quod vi-
deatur maius pretium ſolui venditori, ſed quia
decima decimæ non debetur, ſicut neque fru-
ctus fructuum, neque vſura vſuræ, neque partus
partuum, *vt per gloſ. cauſam, in. l. ſed & partus. ff. de ijs
qua vi met. ſunt.*

Ibi, *pague,* integre, & ſtatim quòd emptio &
venditio perfecta eſt, etiam re non tradita, neque
82 facta † ſolutione, nam eo ipſo quòd de pretio
conuentum eſt inter partes perfecta eſt vendi-
tio, quamuis quidem pretium non numeratum
ſit, *vt eſt text. in pri. inſt. de emptio. & vend. & l.* 1. *&*
2. *&* 6. *&* 7. *titu.* 5. *part.* 5. *& l.* 2. *&* 3. *titu.* 10.
lib. 3. *for.* neque res vendita tradita ſit, *vt eſt text.
in pri. inſtit. de obliga. quæ ex contractu naſcuntur,* ibi, ac
nec dari quicquam neceſſe eſt, vt ſubſtantiam
capiat obligatio, *& in. §. perficiuntur inſt. de donatio.
& ſatis eleganter explicat text. in. l.* 1. *ff. de re. perm. &
in. l.* 2. *ibi, non autem pretij numeratio, ſed conuentio per-
ficit emptionem. ff. de contrah. emptio. & eſt communis
doctorum traditio,* etenim illa pretij numeratio &
rei venditæ traditio, quæ in venditionibus fieri
ſolent, & debent, non ad ſubſtantiam contra-
ctus, ſed ad executionem pertinent, propter
quòd triplicem aut quadruplicem perfectionem
83 emptio & venditio † habere dicit, *ex Bal. in. l. ne-
ceſſario ff. de peri. & com. rei vend. quem refert Deci.
conſ.* 179. *num.* 3. *& late Matienço, in. l.* 7. *gloſ.* 6. *num.*
14. *titu* 11. *lib.* 5. *ſuprà,* & in expreſſo probatur
hoc *ex. l.* 10. *infra iſto tit. in fin. ibi por no ſer acabada
de pagar, & ex. l.* 31. *tit.* 19. *lib. iſto infrà ibi deſpues del
otorgamiento y fecha de la venta,* vbi etiam dicemus
& ex lege noſtra itidem probatur dum poſt-
quam venditoribus incumbere onus Gabellæ
dicit, immediate inquit, *paguen,* quaſi ſolum lex
noſtra contentetur cum eo ſolo, quòd vendito-
res ſint, & nihil aliud requirat, ratio eſt, quia re-
galis hæc decima non ratione rei venditæ, vel
84 pretij conuenti, ſed ratione † contractus vendi-
tionis debetur, *vt ex noſtra lege etiam probatur, ibi
vendedores, & ibi, porque vendieren, & in expreſſo, ita re-
ſoluit Auendaño, reſp.* 29. *per totum & Laſarte de Gabel.
cap.* 3. *num.* 1. *cum ſequen. & cap.* 6. *per totum, contra
Montal. & Caſtello ibi allegatos,* aliud & male dicen-
tes, & allucinantes, quod venditio & emptio
non eſſet perfecta niſi re tradita, quòd eſt con-
tradicta iura, & ſic etiam quòd ante traditionem
debeatur Gabella tenet Gironda *de Gabel.* 5. *part.
§. vnico nu.* 12. *pag.* 120. *contra Tiraq. de vtroque re-
tract. tit.* 1. *num* 48. *§.* 1. *gloſ.* 2. vbi *numer.* 44. *&
in eodem. §* 1. *glo.* 10. *nu.* 115. idem cum Gironda
85 tenet. Ex quibus plures effectus † reſultant, pri-
mus quòd Gabellarius agere poterit ad Gabel-
lam eo ipſo quòd de re & certo pretio pure con-
uenerit, quamuis nec pretium ſolutum ſit, nec
res tradita. Secundus quòd licet nunquam res
vendita tradatur adhuc Gabellæ debitum rema-
net, *vt per Laſarte de decim. vend. cap.* 4 *num.* 1. *&
cap.* 14 *num.* 6.

Tertius quod licet partes pœnituerint vendi-
tionis ante rei traditionem vel pretij ſolutio-
86 nem à Gabella non † excuſantur, quia ex con-
uentione ipſa illius obligatio orta eſt, & ius fiſco
quæſitum, *vt dictum eſt & iterum tradit Laſarte dict.
ca.* 14. *nu.* 7. *& Auendaño Reſp.* 29. *verſ. fiſcus, contra
Michael. Salon, de iuſ. & iure, in cap.* 191. *pag.* 454.
*verſi. demum quæſtio, aliud volentem, & contra Pet. Na-
uarram, de reſtitutione lib* 3. *capitul.* 1. *num.* 244. *&* 245.

Quartus, quod ſi dominus alicuius loci Ga-
bellas habeat, quo in loco venditio contracta eſt
in vita poſſeſſoris illius & maioratus, res vero
tradita eſt emptori poſt mortem ipſius domini,
poſtquam iam ſcilicet, alius in iure Gabellarum
ſucceſſerat, hæres illius primi domini in cuius
tempore venditio fuit conuenta & celebrata
habebit Gabellam illius venditionis non vero
ſucceſſor † Gabellarum ipſarum, & idem erit 87
quoad quoſcunque Gabellarios, *vt tenet optimè
Laſarte vbi ſupra, cap* 3. *nu.* 10. *ex text. in. l.* 12. *infrà
iſto tit. & lib.* dum Gabellarios temporis contra-
ctus ijs anteponit, quorum tempore ille contra-
ctus ad omnimodam executionem, & herbæ
traditionem ſeu vſum perducitur. Quintus effe-
ctus eſt, quòd ſi quis tempore venditionis eſt
immunis à Gabellæ ſolutione, vt quia tunc erat
vxoratus cum aliqua ex deſcendentibus Anto-
niæ Garſiæ, licet tempore † traditionis ceſſaſſet 88
iam ex aliqua cauſa iuſta hæc immunitas, non
debet Gabellam ex tali venditione, ſicut è con-
trario † ſi tempore venditionis non erat immu- 89
nis à Gabella, & tempore traditionis eſſet im-
munis debebit Gabellam, quia vt dictum eſt
tempus contractus puri inſpicitur, non vero
traditionis, *ita Laſarte dict. c.* 3. *n.* 13. neque ſupradi-
ctis obſtat *lex.* 5. *infrà eodem,* vbi traditio videtur
conſiderari, nam ibi conſideratur traditio, quoad
conſiderandum in quo loco debeatur Gabella,
& ſoluenda ſit, non verò quoad hoc an traditio
requiratur vt debeatur Gabella & peti poſſit, *vt
& inquit Tiraquel. de retract. Linagiel. §.* 1. *gloſ.* 2. *nu* 47.
quibus ſic diſcuſſis, ampliatur primo noſtra con-
cluſio, vt procedat etiam ſi arrha. interuenerit
ex quacunque † parte, nam cum à principio pure 90
ſit venditio celebrata, ſtatim Gabella debetur,
*prout in ſpecie referendo Didac. Perez, tenet Laſarte dict.
c.* 3. *n.* 18. ſed eius opinio mihi nequaquam placet,
† quoniam cum interuenit arrha licitum eſt, par- 91
tem arrham præſtantem pænitere & reſilire à
venditione, *ex text. in. l.* 7. *titu.* 5. *par.* 5. quia vt in-
quit Angel. *relatus per glo.* 1. *ibidem,* quia ſic tacite
videtur actum inter contrahentes, vt arrharum
amiſſione vel duplicatione ſint contenti, & ſic
in hoc caſu diſcedente aliqua parte ab emptione
nulla debetur decima, cum adhuc tunc perfecta
venditio dici non poteſt, cum quælibet pars po-
teſt pœnitere perdendo arrham ſimplicem, vel
duplicem, ſecundum quòd in eadem. l. 7. part.
diſponitur, & ſic malè meo videri *tenuit Laſarte
vbi ſupra* dicendo Gabellam deberi, etiam ſi ali-
qua ex partibus, arrha præſtita ab hac diſcedat
venditione, poteſt tamen opinio Didac. Perez,
& Laſarte eum ſequentis procedere cum non
tãtum, datur Arrha pro ſigno, ſed inſuper & pro
parte pretij, † dicendo, *dar os eſto por ſeñal y por parte* 92
precio, nam cum tunc nulla pars poſſit diſcedere à
tali emptione *ſecundum dict. l.* 7. nimirum eſt quòd
debeatur Gabella, ex tempore contractus, & ſic
poteſt ampliari noſtra concluſio, & poſthæc
ita voluit Gironda *de Gabel.* 5. *parte in pri. nu-
mer. decimo-octauo & decimo-nono,* & Michaël Solon,

de Gabellis. 12. part. num. 6. & 7. etiam ſi non pe-
tatur, vt dicemus *in. l. 19. num. 4. infrà eod. tit.* in-
quit tamen Bertachi. *vbi ſuprà nu.* 31. quòd vecti-
gal reſpectu directi dominij non poteſt præſcri-
bi, ſed reſpectu tantum vtilis, & datur publicia-
66 na. † *l. cum ſponſus. §. in vectigalium & ibi Bart. ff. de*
publi. & vectiga. & an credatur Regi dicenti ſe ex
67 iuſta cauſa † impoſuiſſe, vide Maſcard. *conclu.*
1228. *num.* 13. & in dubio Gabellæ præſumun-
68 tur † iuſtæ *ſecundum Iaco. de Graſſis, in dict. deciſione.*
124. *caſuum conſcientia nu. fin.* vbi *in num.* 10. in-
quit quòd ſi conſtat de cauſa efficiente eſt in
69 dubio præſumenda † iuſta.

Ibi, *Que los vendedores*, ſiue ſint minores ſiue
maiores viginti quinque annorum, dum tamen
ſit venditio valida & efficaciter facta, ſiue ma-
res ſiue fœminæ non coniugatæ, nam ſi coniu-
gatæ, licentia viri requiritur, vel quòd ſit ſolita
negotiari vidente & permittente marito. aliter
enim contractus & venditio eſſet nulla & con-
70 ſequenter Gabella non † deberetur, *vt nouiſſimè*
inquit Gironda de Gabellis in. 9. part. num. 23. cum ſe-
quent. & Tiraquel. de retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 2. nu. 7.
& ſi ſoluta ſit repeti poteſt, *vt per eundem ibidem,*
titu. de conuentio. §. 6. gloſ. 2. num. 6. & conſequen-
71 ter omnes homines de mundo tenētur † ſoluere
Gabellas, *vt ibi per Girondam in. 7. part. §. vt co-*
gnoſcamus nume. 1. niſi illi qui ſpeciatim excep-
tuati reperiuntur, de quibus *ibi per eum, & in alijs*
quæſtionibus eiuſdem tractatus, & in titu. 18. hoc libro
declarantur, vlterius notandum eſt ex ijs verbis,
quòd licet antea de iure communi Gabellæ ſol-
72 uendæ onus, ad emptorem ſpectaret, † *vt ex tex.*
in. l. debet. ff. de ædil. edict. notabant Bald. & alij relati
per Gironda vbi ſuprà in. 4. part. §. vnum autem in hoc.
§. 1. num. 1. cum ſequent. & hanc ſententiam eſſe
veram de iure communi aſſerebat Caſtillo, *l. 70.*
Taur. in gloſ. penul. & communem teſtatur, Ludou. Ro-
man. in ſing. 588. per Italiam, & DD. ita emptori
attribuere teſtatur Laſarte, *tam in ſcholio ad hanc le-*
gem noſtram in dicto tracta. de Gabel. num. 7. quam in
capi. 15. num. 1. & in capit. 14. num. 12. ex dict. l. de-
bet, quam legem hoc non probare *in eo. cap. 15.*
num. 1. teſtatur ipſe Laſarte ex Pinelo. *l. 2. C. de*
reſcinden. venditio. 2. part. cap. 3. nu. 40. & reuera
ad vtramque partem poteſt ille text. adduci, &
ſic ibidem Cæpola, *in 2 notabili* dicebat, quòd ad
73 emptorem & venditorem † æqualiter pertine-
bat Gabellæ ſolutio, & *in. l. 15 in quaderno* Gabel-
larum fit mentio de hac æqualitate in vicinis de
Valderas, quæ eſt. 17. *titu. 18. infra eodem, & in. l. 2.*
eodem titul. & in. l. 3. noſtri tit. 17. tamen iam ex le-
ge noſtra regulariter Gabellæ ſolutio pertinet
74 & incumbit † venditori niſi vbi aliud ex legi-
bus ijs Gabellarum fuerit expreſsè diſpoſitum,
& tradunt Laſarte & Gironda vbi ſuprà, & Villalobos in
ærario mille communium opinion. litera E. nu. 4. & Feli-
cia. in tracta. de cenſi. lib. 2. cap. fin. num. 1 & hoc
eſt ſine dubio, licet priuilegium habeant Gabel-
75 larij recuperandi † Gabellam à venditore, vel
ab emptore non reuelante venditionem &
emptorem intra quinque dies à lege regni huius
quaterni Gabellarum determinatos, *ex. l. 31. in*
fi. tit. 19 hoc lib. vt inquit optime Gironda in dict. §.
vnum autem num. 2. pag. 76. & ante eum Mincha. de
ſucceſſio. crea. to. 1. §. 10. nume 25. verſ. in ſumma
ſed ſi emptor eam ſoluerit poterit à venditore
recuperare, † cui venditori incumbebat onus 76
eam ſoluendi, adeoque ibi Gironda, *in dict. num. 2.*
hæc vera dicit, quòd etiam ab illo qui nomine
alieno vendidit aliquam rem, vt alienam, vel
tanquam eius procurator poteſt recuperari Ga-
bella, contra Laſarte *in dict. cap. 15. numer. 4. cum*
6. ſequent. quem ibi Gironda in hoc reprobat,
ſed ego veriorem & tutiorem credo ſententiam
Laſarte, ſcilicet, quòd à tali procuratore exigi
non poſſit, ſed à vero † Domino rei venditæ, vel 77
à re vendita, quæ vt ibi inquit Gironda tranſit
cum onere ſoluendi Gabellam † ex ea. *per. l. Im-* 78
peratores. ff. de publica. niſi dominus verus eſſet
exemptus à Gabellæ ſolutione, quia tunc neque
ab eo neque à procuratore poterit peti, *vt ibi per*
Laſarte nume. 9. ex. l. 10. titu. 18. infra eodem vlte-
rius hoc ampliatur quòd licet venditor vendat
liberè, & ſic *horro de alcauala*, ita vt Gabellæ ſolu-
tio remaneat emptori, adhuc Gabellarius pote-
rit à venditore illam † exigere ac percipere, 79
cum ex ſuo pacto venditor deteriorem condi-
tionem Gabellarij efficere non poſſit, licet ipſi
venditori remaneat ſaluum ius recuperandi ab
emptore illud, quod pro Gabella Gabellario
ſoluit, ſiue compulſus, ſiue non, ſoluerit, *vt inquit*
Laſarte in dicto cap. 15. num. 11. vbi *num. 12.* ex hoc
nihil ſpeciale dicit conſtitui, † *in. l. 8. titu. 18. in-* 80
frà eodem, dum ibi dicitur quòd vendens clerico
franco pretio adhuc Gabella ab eo peti poteſt,
& ipſe à clerico recuperabit, nam cum id ſit de
iure, nihil ſpeciale ibi conſtituitur, ſed confir-
matur id quod de iure fundari poterat *vt ibi per*
eum in dict. num. 11. cum ſequen. aliquibus. Diſplicet
tamen mihi illud quod ibidem ipſe Laſarte *nu-*
me. 19. inquit cum Parladori, ibi allegato, & Gi-
ronda *de Gabel. in præludio nu. 31. & in 5. par. nu. 41.*
ſcilicet quòd Gabella ſit ſoluenda Gabellario
tam ex principali pretio quam ex illo pretio
franco, ſoluendo pro Gabella ipſi Gabellario,
† nam licet ibidem aſſerat illud plus pro Gabel- 81
la ſoluendum eſſe commodum emptoris & ſic
pretium etiam rei venditæ, tamen ni fallor non
ſic eſſe iudico, nam & cum venditori incumbit
onus Gabellæ, ratione iſtius oneris ſemper pro-
curat vendere carius, quam venderet ſi onus
Gabellæ ad eum non pertineret, & emptor ipſe
ratione Gabellæ ab eo ſoluendæ, ex vi pacti *del*
horro de alcauala, ſemper procurat minoris emere
quam emeret ſi pactum hoc non appoſuiſſet *de*
pretio franco, & ſic non fit iniuria Gabellario, qua
de cauſa nunquam circa hoc vidi Gabellarios
inſtitiſſe, neque iuridicum credo, quòd inſiſtant
cum eadem ſit ratio in vtroque caſu, & decima
decimæ non debetur, neque eſt lex, quæ hoc iu-
beat ſolui, & ſic non eſt amplianda Gabellario-
rum cupiditas, ſed coarctanda potius, & quia ali-
ter iniuſte emptor onerarctur in ſolutione ſub-
decimæ, cum ipſe ſolum ſe obligauerit ad ſolu-
tionem decimæ pretij illius, quòd realiter ven-
ditori ſoluit, neque poteſt franquiſia illa dici
pars pretij, *ex dictis per Felici. de cenſibus lib. 2. capit. 1.*
num. 14. neque augmentum eius quia emptores
ſemper minus pretium ſoluunt ratione Fran-
quiſiæ illius, vt experientia docet, & venditor
plus venderet ſi ſibi remaneret onus ſoluendæ
Gabellæ, vt in ſimili inquit Bar. *in. l. interdum. ff.*
de publica. & vectigal. & Abb. in cap. tua ſecundo de de-
cim.

cibus maritimis Gabellas imponere, quia Vene-
ti ex conſuetudine ſunt domini maris Adriati-
ci, & poſſunt ſtatuere ſuper Gabellis maris, *&*
tradit Angles vbi ſupra, vlterius incepta proſequen-
do idem erit dicendum in omni alio habente
ius imponendi vectigalia & Gabellas, nam in-
telligitur poſſe eas imponere, ſeruatis ſeruandis
50 & ex iuſtis cauſis, † vt in Rege non recognoſ-
cente ſuperiorem dictum remanet, & ius hoc
51 adquiri poteſt † vno de quatuor modis, primo ex
priuilegio & conceſſione principis ius illud ha-
bentis, *vt notant omnes in Rubric. C. non. vectiga. im-*
pon. non poſſe. gloſſa in leg. forma. §. ſi vero quis agrum
ver. leuari. ff. de cenſibus in fine, quam ſequuntur plu-
res relati per Tiberi. Deci. *in Reſpon. 41. numero*
tertio volumine ſecundo & ex lege prima titulo vndecimo
libro ſexto recopilationis, & ſic vendendo ius hoc, vt
licere ineſt imo neceſſarium pro ſubleuanda
neceſſitate, inquit Ludouicus à Carbone *de reſti-*
tutione quæſtione 33. quæſtione 16. poteſt enim prin-
ceps concedere priuilegium hoc alicui populo
vel priuato, *ex textu. in capitulo ſuper quibuſdam. §.*
præterea de verborum ſignificatione, & ex dicta lege pri-
ma titulo vndecimo libro ſexto ſuprà tenent Bald. & plu-
res relati à Bertachino de Gabel. prima parte numero vi-
geſimo-tertio vbi num 24. inquit quòd tale priuile-
gium exigendi Gabellas, vel collectas conceſ-
52 ſum à principe non poteſt reuocari † quia tran-
ſiuit in vim pacti vel conditionis, *ex leg. quod ſe-*
mel & ibi Barto. ff. de decret. ab ord. faciend. & in. l. hi
qui in ſin. ff. de iure immun. & idem dicitur in pri-
53 uilegio ne quis teneatur ad collectas, † *ex eodem*
Barto. in dict. l. quòd ſemel, & in. l. omnes populi. ff. de
iuſt. & iur. & Bald. & alijs relatis per Bertachinum dicto
numero 24. vbi & quærit an valeat tale priuile-
54 gium conceſſum alicui loco grauato † alijs pe-
dagijs, & inquit quòd non. quia eſt ſubreptitium
hoc tacito, quòd erat grauatus alijs pedagijs. Se-
cundo acquiritur ius imponendi collectas &
55 Gabellas conſuetudine, † *ex textu in capitulo, ſerui-*
tium. 18. quæſtione ſecunda, iuncto capite contra morem
diſtinctione. 100. vbi idem etiam de priuilegio aſ-
ſeritur, & probatur etiam *in dicto capitulo ſuper qui-*
buſdam. §. præterea de verbo. ſign. & in capi. innouamus
de cenſibus & in dicta. leg. prima titulo vndecimo libro
ſexto ſuprà & plura alia allegat Bertachin. de Gabel. dict.
prima parte numero 26. & 27. etiam ſi gloſſa *in. l.*
minus propriè. ff. de verborum ſign. vtrumque requi-
rat, ſcilicet priuilegium & conſuetudinem, nam
communiter reprobatur ſecundum Bertachin.
in eodem numero 17. Tertio & conſequenter idem
56 dicendum eſt in præſcriptione † *vt eſt text. vbi no-*
tat Barto. in. l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & in. l.
litibus. C. de agricolis, & cenſitis, libro vndecimo notant
omnes in. l. ſi certis annis. C. de pactis Bald. in. l. ſolent.
§. ſin. ff. de offic. procons. debet tamen hæc conſue-
57 tudo vel præſcriptio eſſe immemorialis † ex di-
ctis iuribus & quia habet vim priuilegij, & titu-
li, *ex. l. ſecunda §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſti.*
vt & alibi late diximus. & eſt mirabile *ſecundum Ber-*
tachin. vbi ſuprà numero 31. quòd eſt ſpeciale in hoc
iure habente cauſam continuam, quòd requira-
tur præſcriptio tanti temporis, cum ſufficeret
58 tempus ordinarium † in ſeruitutibus habenti-
bus cauſam continuam, ſed ego nihil mirabile
59 adeſſe in hoc intelligo, † cum diſcontinue ac-
quiratur, vt pote quia factum hominis requiri-
tur, ſcilicet, in imponendo vectigali, vel non ſol-
uendo, item quia cum imponere ſit de regali-
bus, nimirum ſi tantum tempus requiratur: imo
& ſcientia requiritur illius, contra quem con-
ſuetudo vel præſcriptio inducitur, licet ſuffice-
ret ſcientia ſuorum † iudicum & perſonarum 60
ab eo impoſitarum in talibus locis vbi ius hoc
acquiritur, vt alibi diximus in ſimilibus caſibus
& voluit Bertachinus *vbi ſuprà numero 29* vbi dat
cautelam, qua quidem cum mendacio non vta-
ris, quia animam perdes, quæ cunctis rebus pre-
tioſior eſt, & conſuetudo hæc vel præſcriptio
immemorialis imponendi Gabellas in aliqua
prouincia, vel populo in vna re non extendetur
ad alias † in quibus non eſt conſuetum, *ſecundum* 61
Bertachinum, vbi ſuprà, numero trigeſimo-tertio, quem
vide, quarto modo acquiritur ius hoc Gabellas
imponendi ex conuentione † facta cum ipſis 62
ſubditis, de qua loquitur *textus in. leg. fina. §. præ-*
terea. ff. de mun. & hon. & per totum tit. ff. de anno. &
trib. lib. 10. & hæc appellantur munera conuen-
ta. ſed hæc in terris ſuperiorem habentibus fie-
ri non poſſunt, etiam cum conſenſu populi ma-
xime in noſtro regno attenta diſpoſitione. *l. 1.*
& per totum tit. 6. lib. 7. ſupra, & hos quatuor mo-
dos acquirendi ius hoc deſignat Tiberi. decia.
Reſpon. 41. num 3. & ſequent. lib. 2. ſed quocunque
modo acquiratur non poſſunt imponi niſi ex iu-
ſta cauſa, † & ſecundum quòd ſuprà dictum eſt 63
licere Regi non recognoſcenti ſuperiorem, &
in conſuetudine voluit Petr. a Nauar. *in dicto.*
tracta. de reſtitu. lib. 3. capit. 1. nu. 259. inquit ta-
men Iacob. à Graf. *in deciſio caſ. conſcien. deciſ.*
124. num. 6 quòd ſi antiquitus præſtari ſunt ſo-
litæ Gabellæ, quòd ex quo in principe cauſa
præſumitur licite in conſcientia fraudari non
poſſunt, † quòd ego ſi verum eſt, intelligerem 64
quoties de cauſa non conſtaret, ſecus ſi conſtat,
& eſt iniuſta vel ceſſauit, vt ipſe ibi. *num. 35.* di-
cit & Carrocius *in loco infra num. ſexto allegato*, ſed
quid ſi populus dubitat, an ſit iuſta debeat iuſta
reputari necne, vide Ludouicum a Carbone, *de*
reſtitutione quæſt. 33. in pri. Ex quibus habes Re-
gem ciuitatem, & dominos non recognoſcentes
ſuperiorem poſſe indicere vectigalia & Gabel-
las, in ſuis regnis, & dominijs, & populis, & iti-
dem illos qui ex priuilegio conſuetudine præ-
ſcriptione vel ex conuentione ius eas imponen-
di acquiſierunt, vt dictum eſt, debet tamen eſſe
inductum cum cauſa vectigal hoc & Gabella
iuſtificata ſecundum quod dictum remanet, &
tunc licitæ erunt & in iuſtitia & in conſcientia
debebuntur tales Gabellæ & vectigalia, & ne-
mini licebit eas defraudare † abſque peccato & 65
onere reſtitutionis, *vt omnes ſuprà dicti DD. alios re-*
ferentes aſſerunt, & hanc opinionem tutiorem dicit Min-
chaca de ſucceſſio. crea. §. 28. num. 28. verſ. redeundo
in verſ. vnde dolendum eſt, & Humada in. l. 49. titu. 6.
par. 1. gloſ. 3. num. 5. cum ſequent. & nouiſſimè Carro-
cius, quem poſt hæc vidi in tracta. locati & conducti. 3.
part. titu. de locatio. vectiga. quæſt. 1. vbi *num. 4.* etiam
ſi lex pœnam imponat. *& num. 5.* hoc intelligit
dum tamen talis Gabella ſit iuſta & *num. 35.* ſu-
prà etiam diximus & tradit Nauarra *de reſtitu.*
dict. lib. 3. cap. 1. num. 227. cum ſequent. aliquibus &
Angles, vbi ſuprà titu. defraudantibus vectig. iuſta Mexia,
in pragmatica ſſa pann, in. 5. concl. nume. 42. & Gironda
de Ga-

ximus eſſe neceſſaria, & ſufficientia ſimul in
aliquo tributo cohęreant, tunc illud erit iuſtum,
& ſubditi, qui ab illo liberi non ſunt tenebun-
tur in conſcientia illud reddere, neque ab hac li-
beratione liberabuntur per hoc, quod ſe expo-
nunt periculo pœnę contra tales per legem im-
poſitæ, nam lex humana pœnalis non poteſt tol-
35 lere obligationem † legis diuinæ, adeo vt quan-
uis condemnatus in pœnæ ſolutione, pœnam
luat, non excuſetur in conſcientia ab huiuſmodi
tributo reddendo, *ita Caſtro vbi ſuprà*, quæ ſic retu-
li vt præ manibus habeantur, quorum & aliqua
retulit *Petr. Gregor. dict. 1. part. libro ſecundo, capit. 3. Synthagmat. iur.* vbi *numero decimo*, inquit, iuſta ali-
quando exordio poſſunt eſſe vectigalia, ex cauſa
vrgente tunc, vt ob bellorum impenſas maxi-
36 mas, at quando cauſa ceſſat iniuſta ſunt, † ſi exi-
gantur, & populus, qui in neceſſitate confert,
vel ſponte, dum ſine cauſa onera perſeuerant,
ſolet res incultas abijcere, ſicuti quando Chilpe-
ricus deſcriptiones nouas in Regno fieri iuſſit,
multi relinquentes ciuitates quas incolebant,
vel proprias, alia regna petierunt, ſatius ducen-
tes peregrinari, quam tali ſubiacere periculo,
ſtatutũ enim fuerat, vt poſſeſſor de propria terra
vnam Amphoram vini pro Aripento daret, *vt eſt author Gregor. Turon. libro primo hiſto. Franco. capit. 27.*
dicebatque Philippus 6. Rex, *in parte vlti. ſtyli parlamenti Aufreri, titul. de talys & exactio. conſtit. Philippi Sexti, Anno* 1358 Declaramus inſuper intentionis
noſtræ non eſſe, quòd Gabellæ, & impoſitiones
37 noſtræ ſemper durent Perianderque † Corin-
thiorum Rex à nemine tributum exegit, ſed
redditibus fori & portuum contentus fuit, *vt de ijs & alys inquit Petr. Gregor. vbi ſuprà dict. num.* 10.
vbi & inquit quod Traianus ampliſſimus Cæſar
nouit & hoc, cum deteſtari cœpit impias exa-
38 ctiones, dixit enim, fiſcum lienem, † nam ſicut
liene creſcente in corporibus noſtris, artus reli-
qui tabeſcunt, ita turgente principis fiſco, reli-
qua ciuitatum membra tabeſcunt, & ægrotant,
vt ſi quis princeps velit cor reipublicæ validum
eſſe, oporteat fiſcum non habere tumentem,
39 † ex quo legiſlator *in lege decima-quarta titulo quinto part. ſecunda* improbans Regum cupiditatem in-
quit, *E como quier que el Rey es ſeñor de ſus pueblos para mantenerlos en juſticia, e ſeruirſe de ellos, con todo eſſo, guardar los deue en manera que no des fallezcan, quando meneſter los ouiere, ca ſegun dixo Ariſtoteles a Alexandro, el mejor teſoro que el Rey ha, y el que mas tarde ſe pierde es el pueblo quando bien es guardado, e con eſto acuerda lo que dixo el Emperador Iuſtiniano, que eſtonces ſon el Reyno o la camara del Emperador ricos e abondados quando ſus vaſſallos ſon ricos e ſu tierra abondada*, quæ ſunt verba
multum notanda à Regibus & conſultoribus
eorum, & ſic conſequenter iniuſta eſſent vecti-
galia, & Gabellæ *vt explicat Caietanus in ſumma ver. vectigalia, in princ. & capitulo ſecundo verſ. quartum & Petrus Nauarra de reſtitutione libro tertio capitulo primo, numero ducenteſimo-trigeſimo-quarto*, ſiue quæ impo-
nuntur à non habente poteſtatem, vt potè
40 à tyranno, ſiue quæ ex forma, † vt ſi plus gra-
uentur minus grauandi, ſiue ex fine, vt ſi non
pro publica vtilitate, ſed pro particulari bono
principis, ſiue ex materia, vt ſi imponantur ſu-
per rebus neceſſarijs, & non potius ſuper nego-
tiatione, & hac de cauſa vetitum eſt ne fiſa ali-
qua imponatur ſine Regis expreſſa licentia *ex leg. decima-ſexta titulo octauo ſuprà iſto libro*, vbi ta-
men tributa eſſent neceſſaria † & iuſta & iuſtifi- 41
cata *ex dictis, & ex cauſis adductis per Angles. vbi ſuprà dict. artic. primo an vectigali. qua hodie Regi. & per Salon, de iuſ. & iure capit. 186. pagin. 438. columna ſecunda cum ſequentibus*, iuſte ea petit & imponit Rex,
debet tamen, pecunias tributorum ad illas cau-
ſas, ad quas conceſſæ † ſunt erogare, non vero 42
ad alias dare, nam ſi ad alias daret, & ex hoc gra-
uetur populus peccaret Rex, niſi adeſſet iuſta
cauſa, *vt inquit Rebuſ. in ſecundo tomo conſtit. Franc. titul. vt benefic. ante vaca articulo ſecundo gloſſa quinta & ſexta*, & ob hanc iuſtam cauſam reducendi tribu-
tum ad alias cauſas vel percipiendi illud ceſſan-
te prima conceſſionis cauſa, crederem fieri poſ-
ſe, quoties etiam ſi ceſſet prima cauſa, vel ad alias
cauſas reducatur, illæ cauſæ ſunt iuſtæ & in eis
eſſet idem tributum imponendum † ſi de nouo 43
peteretur, tunc enim liceret vtique illud petere,
vt inquit Cordou. in ſum. quæſt. 95. in reſp. ad ſecundum dubi. & Petrm Nauar. de reſtitu. lib. 3. capit. 1. num. 260. in fi. & Minchaca; de ſucceſſion. progreſſu in præfatio. num. 98. & Laſarte vbi ſuprà in præfatio. nume. 26. & nouiſſime poſt hæc vidi Ludou Carbone. de reſtitutione quæſtio. 33. pag. 214. in paruis, ſic tenentem quòd
ego limitarem dum tamen, pro illa ſecunda cau-
ſa & eius ſuccurſu ſit neceſſarium totum illud
tributum, ſecus alias, quia tunc ſolummodo
† neceſſarium peti poſſet, & ſolui, & quid ſi eſt 44
dubium an ceſſauerit cauſa conceſſionis vel
non, an iuſte peti poſſet, † vel defraudari vide 45
Cordo. *vbi ſupra*, & Petrum Nauarrum, *vbi ſuprà nu. 261. cum ſequent.* Eadem etiam quæ dicta ſunt
in Rege tenentur ſeruare & alij omnes haben-
tes ius imponendi collectas † vectigalia & Ga- 46
bellas vt ſunt ciuitates non recognoſcentes ſu-
periorem, prout ſunt ciuitates Thuſciæ, & Lom-
bardiæ habentes merum imperium & fiſcum ex
præſcriptione *ſecundum Baldum capitulo primo de pace tenem, in vſi. Feud. poſt gloſſam in Authẽtica de defenſo. ciuitatum §. iure iurando & alios allegatos per Bertachinum de Gabel. 1. parte numero* 15. vbi idem dicit in
alijs ciuitatibus habentibus merum imperium
ex priuilegio principis, vel ex conſuetudine, vel
ex conſtitutione de pace conſtan. *ex Barto. in. l. præſidi. C. de Epiſco. audi.* non vero ſi de facto ſu-
periorem non recognoſcerent, *vt per Bertachi. vbi ſuprà numero 16. cum ſequentibus*, debent tamen ta-
les ciuitates potentes indicere nouas Gabellas,
id facere in caſibus permiſſis, & ſecundum quòd
in Rege † non recognoſcente ſuperiorem ſit, 47
imo & tunc per adunantiam † populi genera- 48
lem, non autem per ordinem decurionum, nec
per conſilium populi, cum adunantia generalis
ſit ſuperior, & habeatur loco imperatoris, niſi
concilium populi haberet authoritatem, vel po-
teſtatem ab adunantia generali, *per leg. prohibet. §. planè. ff. quòd vi aut clam, notat Salicetus in lege vectigalia, columna prima, C. noua vectigalia, & Bertachin. vbi ſuprà numero decimo-octauo*, vbi hoc probat ex eo
quòd concilium generale poteſt committere
certis conſiliarijs aliquid faciendum, & quòd
per illos ſit, à concilio fieri dicitur, *lege illud §. ſi decuriones & ibi Barto. ff. quòd cuiuſq; vniuerſ atis nomine.* Et quid in ciuitate Venetiarum, † *Bertachin.* 49
ibi numero decimo-nono & 20. inquit poſſe pro mer-
cibus

neceſſaria ratione dicendum eſt eodem iure re-
gum tributa, ſine quibus imperia conſtitui &
ſuſtineri nequeunt, introducta fuiſſe ideo Bald.
in. l. contractus numero ſecundo. C. de fide inſtr. male
19 dixiſſe videtur † aſſerendo, quòd Gabella, quæ
ex contractu debetur iuri gentium refragatur,
niſi eum intelligas, vt intelligit Laſarte *vbi ſuprà*
in præfatione, num. 30. quoad id quòd ex ea ſequi-
tur, ſcilicet, quòd cum libere contractus ſole-
rent fieri, ſeruitus quædam inducta videtur ex
20 Gabellæ † impoſitione primæuę naturæ contra-
ctuum & eorum libertati reſiſtens, ſicut & ho-
minum ſeruitutes contra libertatem naturalem
ſunt, quia eo iure omnes homines liberi naſce-
bantur, & ſic quodammodo hac de cauſa *vt ibi*
aduertit Laſarte, num. 31. odioſa videtur Gabella
21 † hæc niſi principium conceſſionis conſidere-
22 mus, *vt ibi aduertit*, quinto iura pontificia † &
Regibus & ſuperioribus tributa & cenſus iu-
bent ſolui, *capit. ſi tributum & capitulo magnum. 11.*
quæſtione prima cap. tributum & cap. conuenior 23 quæſt.
23 *prima*, ſexto iure ciuili idem confirmatur † cum
extent tituli de publican. & vectiga. de colonis
& tributis, & in conſtitutionibus legibusque
regijs *ex titul. 14. de los pechos y tributos, & in titu. de*
las impoſiciones, lib. 6. ſuprà, ex quibus iuſtificatur
Regum poteſtas imponendi tributa & Gabellas
in ſuo regno dum tamen non recognoſcant ſu-
periorem, vt dictum eſt, item dum tamen ſit cũ
conſenſu & vocatione regni: nam licet ardua
quęque Rex ſine procerum & magnatum con-
uocatione poſſit expedire, & aliud facere eſt de
humanitate, non vero de neceſſitate, *ſecundum*
quod diximus in. l. fina. titul. primo libro ſecundo, ſupra,
& per Minchaca Controuerſia. illuſt. capitulo ſecundo, nu-
mer. 20. & capitul. 23. per totum, tamen in impo-
nendis nouis tributis & Gabellis, vel in augen-
24 dis antiquis, regnum eſt † vocandum, *vt apparet*
ex l. prima vbi dixi, *numer. 6. & ex. l. 2.* vbi dixi, *nu-*
mer. 1. titu. 7. lib. 6. ſuprà & notauit Gironda *vbi*
ſuprà dict. tract. de Gabel. in præludio, num. 25. & La-
ſarte *in ſcholio ad. l. noſtram in numero ſexto. itidem ſe-*
cundo, & fortius Rex in imponendis ijs tributis
nouis etiam ſi regni conſenſum requirat, non
debet id petere neque imponere, neque pati vt
25 imponatur in regno niſi ex iuſta † cauſa, aliter
enim & ipſe, & exactores peccarent, *vt dixi in*
dict. l. prima titulo vndecimo, libro ſexto ſuprà, numero
tertio, vbi plures ad id allegaui, & tenet additio capellæ
Toloſanæ deciſione dicta. 451. & Gironda vbi ſuprà nu-
mero 13. & 24. & Iacob. de Graſis. in deciſione caſuum
conſcientiæ deciſione. 10 numero decimo-quarto, & latius
deciſione 124. per totam, maxime numero 30. cum ſe-
quentibus. & Petr. Grego. vbi ſuprà vbi hanc cauſam
26 ex tribus iuſtificat, † nempe ſi ad releuanda one-
ra imperij, vel ad conſeruandam dignitatem
eius, vel ad vtilitatem communem omnium
exigantur, & expendantur, duas primas expri-
mit Plinius Iunior, *in panegiri, ad Traian.* tertia ſub
vtraque contineri poteſt, *vt per Caſtro de lege pœnali*
dict. lib. 1. capitulo decimo verſ. alterum quod exigitur,
vbi optime inquit quòd etiam exigitur vt tribu-
27 ta ipſa iuxta † debitam proportione imponãtur,
& hãc proportionẽ ibi multis modis cõſiderat,
& conſiderandũ ait. primo, inter ipſũ tributũ, &
cauſã, propter quã imponitur, ita vt non maiora
tributa, qua cauſa ipſa propter quam imponitur
poſtulat, nã ſi maiora exigantur iniuſta erit talis
exactio, propter exceſsũ, qui ſine vlla cauſa exi-
gitur, & erit talis exceſſus obligatus reſtitutioni,
vt habetur in capite. quia plerique, de immunitat. Eccleſiæ.
& tradit Angles, vbi ſuprà in art. an princeps immoderata
vectigalia, ſecundo proportio hæc & cõmenſura-
tio, oportet quòd habeatur inter tributũ, & po-
pulum, cui tale imponitur tributũ, ita vt tribu-
tum ipſum populi facultatem non excedat,
† alioqui tyrãnicum, & iniuſtum erit tributum, 28
quoniam quod pro populi vtilitate inſtituitur
non debet contra illius vtilitatem militare, tri-
butum autem quamuis regi datur, non tamen
propter Regis, ſed propter populi † vtilitatem 19
datur, & inde ſequitur, vt non debeat tantum
tributum imponi vt per illud populus penitus
deſtruatur, aut in nimiam deueniat † pauperta- 30
tem, nam qui hæc faciunt non ſolum de lacte
gregis comedunt ſed ipſum gregem excoriant,
propter quod Dominus per Prophetam Mi-
chæam huiuſmodi principes qui talia tributa
imponunt, reprehendit dicens, Audite princi-
pes Iacob, & duces domus Iſrael, & poſt pauca,
qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis,
& carnem eorum deſuper oſſibus eorum, qui
comederunt carnem populi mei, & pellem eo-
rum deſuper excoriauerunt. Boni quippe Paſto-
ris eſt, pecus tondere non deglubere, vel ad vi-
uum vſque radere, vt ſcripſit Tyberius Cæſar
Æmilio Recto, qui Ægypto præerat, mittenti
maiorem ſummam conſtituta, *vt per Diony. Caſſi.*
lib. 57. hiſto. poſtquam autem tributum toti po-
pulo impoſitum eſt, oportet in illius diſpoſitio-
ne obſeruare proportionem † geometricam, ita 31
vt conſiderata prius cuiuſque facultate, tanto
maius aut minus imponatur tributum, quanto
ille magis, aut minus diues fuerit, hæc ſunt quod
inquit Caſtro *vbi ſuprà*. & bene, quæ ſunt neceſ-
ſaria adhoc vt tributum aliquod ſit iuſtum, &
quòd ſi aliquid horum deeſſet, vt puta Authori-
tas aut cauſa iuſta, aut debita † proportio erit in- 32
iuſtum: *vt & inquit Humada lege quadrageſima-ſexta*
titulo ſexto parte prima gloſſa tertia, numero vndecimo
cum ſequentibus, de quibus, & tradit Aragon, de iuſti. &
iure. quæſtione ſexageſima-ſecunda articulo tertio, verſi-
culo. De tributis, pagina centeſima-quinquageſima-nona, &
nouiſſime poſt hac vidi Ludouicum à Carbone de reſtitut.
quæſtione trigeſima-ſecunda, pagina ſecunda cum ſequent.
notandumque *inquit Caſtro ibi* quòd ſi tributum
eſt iniuſtum propter ſolum defectum propor-
tionis, vt puta, quia excedit cauſæ neceſſitatem,
aut populi facultatem, pro ea ſola parte, qua eſt
exceſſus, non obligabitur ſubditus ad redden-
dum, ſed aliam partem in qua eſt iuſta propor-
tio, & debita commenſuratio, tenebitur in con-
ſcientia ſubditus reddere, † licet in contrarium, 33
imo quod in nihilo teneatur, teneat Iacob de
Graſijs, *in deciſ. caſ. conſcientiæ deciſione centeſima-vi-*
geſima-quarta, numero trigeſimo-ſeptimo, dicens, tunc
in totum etiam fraudari poſſe, ſed mihi magis
applaudet, quòd pro exceſſu tantum, *vt inquit Ca-*
ſtro vbi ſupra Sed quia *vt inquit deciſio illa dict. numero*
trigeſimo-ſeptimo non poteſt dari certa regula, ne-
que aſſignari certus terminus, quando Gabella
ſit exceſſiua, totum remittitur arbitrio iudicis,
† attenta neceſſitate, cauſa tempore, & loco, 34
quòd ſi hæc omnia, quæ ad iuſtum tributum di-
ximus

97 *Gabella debetur de toto pretio venditionis ſiue pretium ſit iuſtum ſiue non, nu. 156. & ibi ampliatur, cum n. 157. vt etiam ſi onus adijciatur vltra pretium emptori.*

98 *Gabella debetur ex pretio, pro quo res venditur ſiue venditio ſit perpetua ſiue temporalis, num. 158.*

99 *Gabella debetur ex venditione, ſi effectum habet venditio, num. 159.*

IBi, Manoamos, Soli Regi licet hæc verba
proferre, nullus alius enim quam Rex in
ſuo Regno poteſt vectigalia noua & Ga-
1 bellas † imponere, *ex toto titu. C. nou. vect. imp. non
poſ. & ex. lege prima & ſequentibus titulo vndecimo libro
ſexto ſuprà,* vbi in eadem. *l. 1. gloſ. 1.* plura allega-
uimus, & *l. 9. titul. 7. part. 5. & deciſ. Capella Tolo-
ſanæ in additio. 451. & Laſarte in præſenti, & Gironda
de Gabellis. 1. part. in pri. nu. 1. cum ſequentib. aliqui-
bus, & optime Parlador. libr. 1. rer. quotidi. capit. 3. nu.
1. cum ſequent. aliquibus, & Rebuſ. 2. tom. Conſt. Franc.
tit. de mercato. arti. 2. gloſ. 2. & Amede. à Ponte. in
quæſt. laudemij quæſti. 9.* idque adeo verum eſt, quòd
adhæc vectigalia noua imponenda non ſufficit
imponentem eſſe Regem, ſed debet eſſe talis qui
2 non recognoſcat † ſuperiorem in temporalibus
& ſic quod ab eo non appelletur *vt tenent ſuprà di-
cti doctores & omnes alij. qui in hac materia loquuntur, &
Nauarro. in conſ. 13. de cenſibus,* vbi inquit tales non
incidere in bullam Cœnæ Domini imponendo
talia vectigalia & Gabellas. *& Iulius Ferretus de
Gabellis, numero 203. vſque ad. 207 & Angles in ſecun-
do tomo Theolog. quæ. titul. de reſtitutione vectigali. arti-
culo An. vectigal. quæ hodie Regi, in fin.* Nam ſi reco-
gnoſcerent ſuperiorem & ab eis appellaretur
ſine ſuperioris aſſenſu, id non poſſent, *vt per dictos
Doctores & maxime per additionem dictæ deciſio. 451.
Capellæ Toloſa, & per Bertachinum de Gabellis, quæſtione
prima, numero tertio partis primæ,* imo neque antiqua
3 vectigalia augere poſſent † *ex textu, vbi dixi in lege
ſecunda titulo 11. libro ſexto ſuprà, & tenet Iacob de
Graſſalis. deciſione 124 numero 14. caſuum conſcientiæ,*
ſed ſi ſuperiorem non recognoſcant poſſunt
vtique noua vectigalia & Gabellas in ſuo indu-
cere Regno, *vt ex noſtra lege patet in ijs verbis, manda-
mos,* idque procedit ex eo quòd ius vectigalium
4 eſt de maximo Imperio, & ſic de regalibus, † &
Regi competunt omnes redditus rerum quæ
venduntur & portantur, & alia de quibus *in leg.
11. titulo 28. part. tertia, vbi gloſſa,* vel quia cum
Regnum omnem ſuam poteſtatem in Regem
tranſtulerit, *vt in proœmio digeſtorum & alibi nos dixi-
mus,* nimirum quòd ſicut Regnum ſi in ſe reti-
nuiſſet poteſtatem, & in Regem eam non tran-
ſtuliſſet, poſſet hæc facere, poſſit Rex qui Regni
omnem poteſtatem habet ex quibus infero Re-
gem noſtrũ Hiſpaniæ, vtpote non recognoſcen-
5 tẽ ſuperiorẽ † in tẽporalibus, *vt dixi in lege tertia
tit. 5. lib. 3. ſuprà. n. 4 & in lege prima, num. 16. titulo pri-
mo libro quarto ſuprà.* maioremque, Rex habet po-
teſtatem in ſuo Regno quam Imperator in Im-
perio. vt *in dict. l. 1. num. 17.* diximus: Tranſmit-
tit enim Rex poteſtatem Regiam non vero Im-
6 perator, † *ſecundum Curt. Iuni. conſ. 1. numero 30 &
Nicola. ſeſta. in Tracta. de æſtimo. 4 part. cap. 7. num.
45. in volum. 12. Tract. Diuer. Docto. in fol.* Regem in-
7 quam noſtrum Hiſpaniæ poſſe has † Gabellas
regno ſuo imponere, *vt inquit Corſetus de poteſtate
regia. 4. part. quæſt. 49. num. 13. & eo relato Gironda
in Tract. de Gabel. 1. part. in prin. num. 8. & Parlado
vbi ſupra,* idque nulli dubium eſt, cum Hiſpania
Reges à faucibus inimicorum ſanguine proprio
laboribus & expenſis Regnum recuperauerint,
expellendo numen Mahometicum, nomen
Chriſti & eius fidem ampliando, & inuocando,
Eccleſiaſque ſanctas conſtruendo, huiuſmodi-
que tributum non fuit de nouo impoſitum à
Ferdinando & Eliſabeth, Regibus Catholicis
noſtris authoribus huius Quaterni Gabellarũ,
ſed à Rege Alphonſo Vndecimo multis retro
annis † emanauit, & ſic ex ipſius antiquioribus 8
quaternis per anteriores Reges confectis tranſ-
criptum fuit per dictos reges catholicos in mo-
dum & formam legum, *vt ex proœmio, & ex lege
243. dicti quaterni colligitur,* conceſſumque fuit tri-
butum hoc à Regno pro expellendis Mauris
† & nominatim pro expugnatione Ciuitatis Al- 9
geziræ, anno Domini 1342. *vt ex Chronica dicti Re-
gis Alphonſi patet, & tradit nouiſſime Laſarte de Gabellis
in præfatione, num. 20. cum ſequent. ante & poſt,* nec
fuit hoc nouum ius cum & apud Romanos *ſe-
cundum eundem Laſart. ibi, num. 16. in princ. & Giron-
da in dict. 1. part. num. 6.* quoddam venditionis
tributum fuerit † introductum, de quo & plura 10
dicit Petr. Grego. *in Syntagma. iuris. 1. part. lib. 3.
c. 3.* vbi ex pluribus rationibus & iuribus pro-
bat conſentaneum eſſe Regi tributa & vectiga-
lia † impoſita ſolui, & ante eum latius & melius 11
Caſtro *de lege pœnali lib. 1. c. 10. verſi. ſecundo ex ea-
dem concluſione, per totum.* Primo ex iure naturali
† dictante, quod cum pro omnibus vigilet ab 12
omnibus beneficij præmio accipere ea debet.
cap. cum ex officij ſui de præſcriptio. extra. nemoque
tenetur ſuis ſumptibus militare *pri. ad Corinth. 9.
ad Gal. 6. capit. ita nunc illud §. ſi. 22. quæſt. 1.* ſe-
cundumque naturam eſt, vt qui ſentit onus ſen-
tiat & commodum *l. ſecundum naturam. ff. de reg.
iur. l. fin. §. ſed cum in ſecundam de furt. C. l. vnica. §.
pro ſecundo. C. de cadu. tollend.* & quòd quis pro
conſeruatione rerum alienarum expendit † æ- 13
quum eſt rependi. *l. 1. & 2. ff. de neg. geſt* ſecun-
do iuris Regij eſt, † cenſum imponere rebus & 14
perſonis iureque diuino probatur. *1. regum. 2. [illegible]
Auguſt. lib. 2. contra Fauſt. Mani, ca. 74. &* ſic Do-
minus noſter Ieſus Chriſtus conſultus an lice-
ret dare cenſum Cæſari, *Matthæ. 22. & Marci. 12.*
inquit, reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ
ſunt Dei Deo, & ſic ſecundum Archidia. *in cap.
magnũ. 11. quæſt. 1.* Chriſtus præcepit ſolui tributũ
Cæſari, & ipſe etiam ſoluit voluntariè † tamen 15
hoc pro ſe fecit, non vero ex neceſſitate, *vt refert
Card. de Turrecrem. lib. 4. de Eccleſia, 2. part. cap. 37.*
qui damnat errorem † Marſilij Paduani aſſeren- 16
tis Chriſtum ſoluiſſe cenſum & tributum ne-
ceſſitate obligationis, *& notat. Couar. in pract. cap.
31. num. 2. verſ. ſecundo & eo relatis Gironda in dict. 1.
p. nu. 20. & frater Gaſpar Stephanus in tracta. defenſio.
Eccleſiaſtic. liber. pagina 109. in parua,* tertio & tri-
buta Regi ſoluuntur propter ſubiectionis ius
† capitulo ſecundo de cenſibus *l. competit de præ- 17
ſcriptio. 30. vel 40. an. l. 5. titulo ſeptimo part. quinta,*
quarto ex iure gentium, † nam cum eo iure Re- 18
ges & Regna inuenta fuerint, *vt. l. ex hoc iure ibi,
regna condita, ff. de iuſt. & iur. & explicat bene Men-
chac. controu. illuſtr. libro primo capit. 41. numer. 20.*

neceſ-

ſectionem habere dicitur, num. 83.

52 *Gabella non ratione rei vendita vel pretij conuenti, ſed ratione contractus debetur, num. 84.*

53 *Gabellam deberi etiam re vendita non tradita neque ſoluta plures produci effectus aſſeritur, num. 85. cum ſequentibus aliquibus.*

54 *Gabella debetur ex venditione etiamſi ante rei traditionem pœnituerint, num. 86.*

55 *Gabellam percipere habens tempore venditionis illam capiet, non vero ille in cuius tempore traditio ſit, numero 87.*

56 *Gabella exemptus tempore venditionis, licet traditionis tempore ceſſauerit exemptio non debet eam, & è contrario debebit, vt num. 88. & 89.*

57 *Gabella an debeatur ſi in venditione Arra interuenit, num. 90. & 91. niſi vt num. 92. & 93. dicitur, quod ſi nulla pars recedat debebitur Gabella Gabellario temporis venditionis non vero traditionis.*

58 *Gabella debetur tempore venditionis, etiamſi partes egerint quo res tradatur tali tempore & ſic in diem aliquem, num 94.*

59 *Gabella debetur tempore venditionis etiamſi ſolutio eius in diem aliquem differatur, num. 95.*

60 *Gabella non debetur venditionis conditionalis niſi verificata conditione, num. 96. & verificata conditione debetur primo Gabellario non vero ſecundo, numero 97.*

61 *Gabella cenſm redimibilis ſtatim debetur & peti poteſt à venditore, num. 98.*

62 *Gabella debetur ſtatim de venditione facta cum pacto de retrouendendo, nu. 99. ex reſciſſione tamen poſteà facta non debebitur cum dependeat à cauſa antiqua, num. 100.*

63 *Laudimium debetur ex conſtitutione cenſus redimibilis conſtituti ſuper re emphyteotica, num. 101. niſi vt num. 102.*

64 *Gabella an debeatur de cenſu Emphyteotico redimibili, num. 103. & an ſtatim peti poſſit, & cui Gabellario debeatur, ibidem & num. 104. & numer. 105. diſcutitur, an debeatur de fundo dato ad cenſum redimibilem, aut perpetuum, & num. 106. declaratur.*

65 *Gabella non debetur ex fundo dato ad cenſum perpetuum Emphyteoſim, num. 107. niſi vt ibi, imo & ſi poſtea res illa Domino reddatur nulla debetur Gabella, num. 108.*

66 *Gabella non debetur ſi aream ſuam det aliquis alicui, vt communem domum ædificet, num. 109.*

67 *Gabella an debeatur de conſtitutione cenſus vitalis,* vulgo de por vida, *num. 110. & 111. & 112. & 113.*

68 *Cenſus vitalis an ſit propriè contractus, & quid ſit, num. 112.*

69 *Cenſus an conſtitui poſſit per aliquot annos determinatos dato* juſto pretio, *num. 114.*

70 *Gabella an debeatur ex cenſibus Regijs quos* juros *vocamus, num. 115. & num. 116. an ex cenſu impoſito ſuper cenſibus Regijs debebitur Gabella.*

71 *Gabella non debetur ex cenſu conſtituto ſuper re immobili vendita tali re cum cenſu illo, num. 117. niſi vt ibi. & num. 118. & 155.*

72 *Gabella cenſus an ſoluenda ſit in loco vbi conſtituitur, an vero vbi ſunt bona, ſuper quibus conſtituitur, num. 119. vbi & quid ſi bona ſunt in pluribus locis.*

73 *Gabella an debeatur de re quam vendis in hoc Regno habens eam in alio Regno, num. 120.*

74 *Gabella an debeatur ſtatim de venditione facta dum tamen* De la ſcriptura, *fiat, num. 121. & num. 222. cui Gabellario debeatur, & num. 23. declaratur.*

75 *Scripturam requiri per partes ad ſubſtantiam contractus vel ad probationem, num. 124. & 125. cum ſequentibus aliquibus verbum, volo eſt diſpoſitiuum, numero 126. & numero 127. alia de eod.*

76 *Gabella ex venditione rei quanti Titius æſtimauerit vendita non debetur ſtatim, ſed facta æſtimatione, num. 128. & nu. 129. cui Gabellario debebitur Gabella.*

77 *Gabellarius an poſſit cogere æſtimatorem nominatum per contrahentes ad taſſandum pretium rei vendita, vt illud taſſet, num 130.*

78 *Gabella quando debeatur & cui Gabellario quoties res aliena venditur per aliquem ſine mandato Domini, poſt autem Dominus approbat venditionem, n. 131. ſecus vero erit ſiquis vt ſuam vendiderit, nu. 132.*

79 *Gabella ex venditione iudiciali virtute ſententia* de remate *facta non debetur. vſque dum executatus capiat poſſeſſionem, num. 133.*

80 *Gabella ſoluta ex venditione iudiciali non eſt reddenda executato, etiam ſi ſententia & venditio in gradu appellationis vel alio modo reuocatur, n. 134.*

81 *Gabella an ſit prius ſoluenda quam debitum creditori, cuius cauſa res vendita fuit, num. 135. & ibi quid quo ad decimam executoris.*

82 *Gabella non debetur ex re capta virtute primi & ſecundi decreti, nam ſi intra tempus iuris redimatur non debetur Gabella, num. 136.*

83 *Gabella non debetur ex pacto de vendendo vel promiſſione niſi perficiatur venditio, num. 137.*

84 *Gabella non debetur ex venditione ad beneplacitum facta ſi intra tempus aſſignatum diſpliceat emptori, nu. 138. vbi quod non poteſt peti antequam declaret ſibi placere, & nu. 138. quod tempus detur ad declarandum ſi partes illud non aſſignant. & an ſufficiet dicere ſibi diſplicere, ſi res non reſtituatur intra illud tempus, nu. 140.*

85 *Gabella ex venditione facta ad numerum, pondus vel menſuram non debetur ſtatim, ſed facta menſura numero & pondere, num. 141. & 143.*

86 *Venditoris eſt periculum ante menſurationem rei vendita ad menſuram, n. 142.*

87 *Menſura facta ſi eſt erratum in ea poteſt peti vt iterum metiatur & ſuppleatur defectus, num. 44. niſi vt num. 145.*

88 *Agri menſorum declaratio non tranſit in rem iudicatam n. 146. & ſic non poſſunt puniri de falſo vt ibi.*

89 *Venditionem fieri ad menſuram pondus vel numerum quando dicetur, num. 147.*

90 *Gabella ex venditione nulla poſt autem approbata debetur ex die approbationis & Gabellario tunc exiſtenti, num. 148.*

91 *Gabella quid ſit & quare ſic nominetur in eo, n. 148.*

92 *Gabella qua actione petenda ſit, num. 149.*

93 *Gabella non debetur ex venditione, qua ad decem morapetinos non aſcendit, num. 150. & ſi abinde debebitur pro decem & pro alijs quinque morapetinis ad reſpectum vt num. 151.*

94 *Gabellas emens a Rege in populo aliquo an poſſit percipere vnum de decem, nu. 151.*

95 *Gabella debetur & ſoluenda eſt nullis deductis expenſis, num. 152. & 153.*

96 *Gabella an debeatur ex promiſſis vulgo prometidos, num. 154.*

3 Rex Hiſpania non recognoſcit ſuperiorem, num. 5.

4 Rex tranſmittit poteſtatem regiam non vero Imperator, num. 6. & ſic Gabellas & vectigalia imponere poteſt, num. 7.

5 Gabellarum impoſitio multum à retro temporibus à rege Alfonſo emanauit, n. 8.

6 Gabella conceſſa obquam cauſam fuerunt, num. 9.

7 Romanorum tempore etiam quoddam ius venditionis fuit introductum, num. 10.

8 Gabella & tributa dari Regi pluribus iuribus & rationibus comprobatur, numero 11. 12. 14. 17. & 18. & 22. & 23.

9 AEquum illi rependi eſt illud quod pro conſeruatione rerum alienarum expendit, num. 13.

10 Chriſtus ſoluit tributum Caſari voluntariè tamen, num. 15. & num. 16. damnatur error Marſilij Paduani aliud & male aſſerentis.

11 Tributa regi ſoluuntur propter ſubiectionis ius, numero 17.

12 Bal. reprobatur, n 19. aſſerens Gabellam debitam ex contractu iuri gentium refragari, & n. 20. ſaluatur.

13 Gabella odioſa videtur, niſi principium conceſſionis conſideremus, n. 21.

14 Regnum vocandum eſt in imponendis nouis tributis, vel in augendis antiquis, num. 24.

15 Tributa & Gabella non niſi ex iuſta cauſa imponende, num. 25. & nu. 26. hanc cauſam ex tributis iuſtificari dicitur & n. 27. cum 4. ſequentib. id proſequimur late.

16 Tributum non tam propter Regis, quam propter populi vtilitatem datur, num. 2.. & ſic, num. 30. non debet eſſe in populi deſtructionem.

17 Tributum impoſitum iuſte & cum requiſitis debet diſponi ſeruando proportionem geometricam, nu. 31.

18 Tributum impoſitum ſine authoritate, aut ſine iuſta cauſa, aut ſine debita proportione iniuſtum eſt, numero 32.

19 Tributum excedens iuſtam proportionem pro exceſſu non tenebitur ſubditus ſoluere tributum in conſcientia, ibi & num. 33.

20 Tributi proportio iuſta, & cauſa eius arbitrio iudicis committitur, num. 34.

21 Lex humana pœnalis non poteſt tollere obligationem legis diuina, num. 35 ita vt pœna non excuſat a ſolutione in conſcientia, vt & num. 65.

22 Tributum à principio poteſt eſſe iuſtum, & labente tempore iniuſtum, vt quia cauſa ceſſat, num. 36. vbi refertur exemplum de hoc.

23 Periander Corinthiorum Rex à nemine tributum exegit, numero 37.

24 Fiſcus eſt ſicut lien, nam ſicut liene creſcente in corpore humano artus reliqui tabeſcunt, ita creſcente fiſco reliqua ciuitatum membra deficiunt, numero 38. & 39.

25 Tributa iniuſta ſunt illa qua imponuntur à non habente poteſtatem ad hoc vel qua peccant in forma & proportione, ſiue ex fine ſiue ex materia, num 40.

26 Tributa neceſſaria & iuſta ſoluenda ſunt, nu. 41.

27 Tributa impoſita eroganda ſunt ad illas cauſas ad quas & ob quas conceſſa ſunt, numero 42.

28 Tributa ob vnam cauſam impoſita poſſunt ad aliam iuſtam cauſam reduci & peti, num 43. & 44. intelligitur vbi, nu. 45. quid ſi eſt dubium an ceſſauerit iuſta cauſa.

29 Tributa imponenda per alios habentes poteſtatem ea imponendi, eiſdem requiſitis iuſtificanda ſunt, qua neceſſaria ſunt cum Rex non recognoſcens ſuperiorem eas imponit, num. 46. & 47. & 50. & tunc populus omnis debet conuenire in ſimul, non vero ſolum concilium decurionum, numero 48.

30 Veneti poſſunt pro mercibus maritimis Gabellas imponere quia ſunt domini maris Adriatici, num. 49.

31 Ius imponendi tributa vno de quatuor modis acquiri poteſt, num. 51. 55. 56. & 62.

32 Priuilegium exigendi Gabellas vel collectas conceſſum à Principe an poſſit reuocari, num. 52. & nu. 53. idem in priuilegio nequis teneatur ad collectas. & n. 54. an valeat tale priuilegium conceſſum alicui loco grauato alijs pedagijs.

33 Ius imponendi collectas conſuetudine acquiritur, numero 55. & num. 56. idem in praſcriptione, immemoriales tamen, vt num 57. & num. 58. & 59. an id ſit mirabile cum adſit cauſa continua & numer. 60. requiratur ſcientia illius vel ſuorum officialium contra quem inducitur conſuetudo, vel praſcriptio.

34 Conſuetudo vel praſcriptio immemorialis imponendi collectas in vna re non extenditur ad alias res, n. 61.

35 Conuentione etiam facta cum ſubditis acquiritur ius collectandi, num. 62.

36 Ius collectandi quocunque modo acquiratur non poteſt imponi niſi ex iuſta cauſa & ſecundum quod dictum eſt licere regi non recognoſcenti ſuperiorem, num. 63.

37 Gabella ab antiquo ſolita ſolui licite fraudari non poſſunt cum in Principe cauſa praſumatur, nu. 64. vbi declaratur.

38 Gabella iuſta & cũ neceſſarijs requiſitis impoſita fraudari non poſſunt abſque peccato, & onere reſtitutionis, num. 65. etiam ſi pœnam lex imponat, vt ibi & ſupra, num 35.

39 Vectigal reſpectu directi dominij non poteſt praſcribi, ſed tantum reſpectu vtilis & datur publiciana, numero 66.

40 Regi dicenti ſe ex iuſta cauſa impoſuiſſe an credatur, num. 67.

41 Gabella in dubio an iuſta praſumantur, n 68. & 69.

42 Gabella ex venditione nulla non debetur, num. 70.

43 Gabellas tenentur ſoluere omnes homines de mundo niſi ſpecialiter exceptuati, num. 71.

44 Gabella ſolutio licet anteà ad emptorem ſpectaret, hodie vero ad venditorem ſpectat, num. 72. & 73. & 74. id proſequitur.

45 Gabellarij poſſunt à venditore & ab emptore non reuelante Gabellam recuperare, num. 75 emptor tamen ſi eam ſoluit à venditore recuperabit, num. 76.

46 Gabella à vendente alieno nomine an peti poſſit, numero 76 & 77.

47 Gabella poteſt recuperari à poſſeſſore rei vendita ex qua debebatur, quia tranſit cum onere Gabella numero 78.

48 Gabella poteſt peti à venditore etiam ſi liberam vendat rem à Gabella, & ſic horra de alcauala, nu. 79. & 80. vbi idem cum clerico venditor franco pretio, recuperabit tamen venditor à laicis emptoribus, vt ibi.

49 Gabella an debeatur de illa franquiſia Gabella in venditionis contractu conuenta cum emptore, hoc eſt del horro, num. 81.

50 Gabella ſolui debet etiam re non tradita neque facta ſolutione, ſed ſtatim quod de pretio conuentum eſt, num. 82. cum ſequen.

51 Emptio & venditio triplicem, aut quadruplicem per-

ſectionem

Digitized by Google

IBi, No lleve cohecho alguno por los libramientos. Idem diſponunt augendo pœnas. *l. 19. infra iſto tit. & lib. & l. 20. tit. 11. ſupra eod. lib.* quæ augent pœnas noſtræ legis & noſtram legem allegat Auend. *cap. 2. prato. num. 5. in fi. lib. 1. & gloſ. Menguado. l. 25. tit. 9. part. 2. per text. ibi.* ſed cum lex noſtra pœnam dupli imponat. & dictæ. *ll. 19. infra eod. & 20. dictis tit. 11. ſupra eod.* pœnam ſeptupli, omnino dicendum eſt in pœnæ impoſitionem legem noſtram correctam per illas tanquam nouiores quo ad hanc dupli pœnam, nam erit ſeptupli, & vide *per. d. l. 19.* quomodo hæc declarantur & limitantur, *per legem. 21. eod. tit. 11.* limitatur alio modo, & *in l. 22.* ibidem ponitur etiam pœna contra conductores Regios ob dilatam ſolutionem aliquid recipientes.

De lege. 16. vide. *l. 11. ſupra iſto. tit.* Pœnas imponentem talibus conductoribus vel receptoribus abſentantibus ſe à loco.

LEX DECIMA-SEPTIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Officiales calculatorum rei dominicæ theſaurarij, vel receptores barateriam non committant ſub noſtri text. pœnis.

SVMMARIA.

1 *Verbum noſtra legis,* Otras, *de ſimilibus intelligendum eſt, num. 1 & 2.*

2 *Adminiſtrantibus aliena regulariter contrahere prohibitum, numero 3.*

3 *Adminiſtrantibus non licet pecuniam adminiſtrationis in ſuos vſus conuertere, numero 4.*

IBi, Ni otras personas algunas, de ſi-
1 milibus præcedentibus † intelligenda eſſe verba hæc tenendum cenſeo: nam dictio illa, *Otres,* Latine, alius alia aliud, eſt repetitiua ſimilium, *ſecundum Bald. in l. conuenticulam C. de Epiſ. & cler.* idque ſic eſſe deſumitur ex finalibus verbis noſtræ legis, ibi, *haſta que haga iuramento el recaudador o quiem ſu poder ouiere.* Dum ibi cum receptore concludit, vel cum eo, qui ab eo cauſam habet, vt prius quam delegatio aliqua fiat, iuret ipſe receptor vel ab eo mandatum habens adimpleturos ſeſe eſſe diſpoſitionem noſtri tex. Ergo ſequitur manifeſtiſſime legem noſtram in officialibus Regis loqui, non vero in alijs ex-
2 traneis, verbaque † illa alia noſtri text. *de qualquier eſtado y condicion preeminencia y dignidad que ſean.* Non obſtant. nam intelligi, debent dum tamen rei dominicæ curam habeant: aliter enim ſi de quibuſcumque intelligerentur verba hæc, extraherentur à materia noſtri tituli, & leges ſecundum Rubricam ſub qua ſituatæ ſunt intelligendæ veniunt, & ratio differentiæ ad oculum patet: nam in ijs officialibus facilius dolis locus aperietur ſi ſibi eſſet permiſſum legi noſtræ contrauenire, quod ſecus in alijs qui officiales non ſunt, & ſic mihi videtur tenendum, dum tempus occurrerit, iudicare ſupra hoc habens, latius penſitabit, & de ſtylo ac conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres ſe informabit.

Ibi, *De baratar, ni comprar tierras.* Regulariter enim perſonis aliena adminiſtrantibus id prohibitum † reperimus, *ex text. in. l. non licet. ff de contrah. emptio.* Cuius verba ſunt, *non licet ex officio* 3
quod quis adminiſtrat emere quid per ſe, vel aliam perſonam, ex tex. in. l. 23. tit. 11. lib. 5. ſupra, vbi, *num. 1. & ſequent.* plura diximus. Sicut & non poſſunt pecuniam Regis in ſuos vſus conuertere, ſub grauibus pœnis, vel pecuniam publicam † vſur- 4
pare *ex. l. fi. C. de cond. in pub. horreu. l. 14. tit. 14. p. 7. Auenda. cap. 10. prat. n. 34 lib. 2. & l. 2. C. de frum. Vrb. Conſtan late Ripa de peſte. tit. de Remed. ad conſ. vber. in principio.*

De lege. 19. vide quæ diximus *in l. 15. ſupra iſto. tit. & libr.*

De *l. 21.* vide. *l. 11. ſupra iſto tit. & lib.* vbi diximus & ſic tit. iſte finitur.

TITVLO XVII. DE LAS ALCAVALAS, Y DE LOS CONTRATOS, Y DE LAS COSAS DE QVE SE DEVEN.

ET Continuatur ad præcedentem, nam cum dictum ſit in præcedenti titulo de ſolutionibus à conductoribus Gabellarum Regi faciendis, conſentaneum eſt ſcire de quibus rebus conductores ij poſſint petere ac percipere Gabellas, vt ex perceptis poſſint ſolutiones Regi facere, & quia quid ſit Gabella, & cui competat eam imponere in proſecutione tituli dicemus, ideo deuenio ad leges.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM· LEGIS.

Gabella ſoluenda eſt à venditoribus ſoluendo vnum ex decem.

SVMMARIA.

1 *Gabellas & vectigalia imponere nullus alius poteſt quam Rex in ſuo regno, num. 1. dum tamen ſuperiorem non recognoſcat & ab eo non appelletur, numer. 2. aliter enim neque antiqua vectigalia augere poſſent, num. 3.*

2 *Vectigalium ius eſt de maximo imperio & de regalibus, num. 4.*

infra iſto titul. diſponentem quid agendum ſit
1 cum delegatione, †dantur in princi anni ante-
quam calculationes fiant: & *in. l. 6. infra eod.* pro-
uidetur quomodo conductores dicentes non
poſſe ſoluere delegationes tenentur adire in
tempore hic limitato † coram calculatoribus 2
rei dominicæ, & quòd ſi tunc non adierint ad-
ſtringantur ſoluere delegationes.

LEX DECIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Iudices exequi debent delegationes & priuilegia in perſonis & bonis receptorum, & qualiter fiat executio diſponit lex noſtra.

SVMMARIA.

1 *Mandatum ſoluendi, hoc eſt,* Libranças, *ſi acceptatur exequi poteſt, num.* 1.

2 *Calculatio,* Vulgo, ancance, *habet executionem paratam, num* 2. *intellige vt ibi.*

3 *Subhaſta io vltima, hoc eſt,* El remate, *an habeat executionem paratam, num.* 3.

IBi, QVE HAGAN ENTREGA Y EXECV-
CION. Hic habes text. probantē quod man-
datum ſoluendi, hoc eſt, *libranças.* Si fuerit
acceptatum, vt ex verbis ſequent. ibi, *Acceptados.*
1 habet executionem paratam, † *vt inquit Auenda.*
cap 10 *prato num.* 38. 2. *part. & Auiles, cap.* 10 *pra-*
to. verb. Execucion, num. 35. quos ita tenens allegat
Gironda *de Gabel.* 2. *part.* § 1. *num.* 18. Vbi pro
hoc allegat. *l. noſtram, & l.* 14. *titu.* 7. *ſupra eodem.*
quæ eſt ſimilis noſtræ, *& num.* 19. inquit ipſe Gi-
ronda quòd calculatio. *Vulgo Alcance.* habet exe-
2 cutionem paratam,† quod intelligo, ſi per partes
eſt approbatum, vel ſi per calculatores dum ta-
men ſint conformes, & per iudicem approba-
tam calculationem, ſecundum tenorem noui
capituli, *De cortes,* nunc nouiter in hac Recopila-
tione inſerti, de quo meminit Gutierrez, *lib.* 1.
Pract. quæſt. 4. 37. *per totum.* Vbi & nos allegat in
hac materia. ſed an vltima ſubhaſtatio. hoc eſt
3 *El remate,* habeat executionem paratam,† exami-
nat Gironda, *vbi ſupra num.* 14. *cum ſequent.* Vbi po-
nit difficultatem, an habeat talis ſubhaſtatio
clauſulam guarentigiam, vel non, & licet ipſe
velit in ſubhaſtationibus Gabellarum, non eſſe
neceſſariam illam clauſulam, ſed ſufficere, *El
remate,* vt executio locum habeat, ſi iudicis au-
thoritate fiat, ego tamen crederem non ſuffice-
re, niſi habeat illam clauſulam guarentigiam,
quæ iam per cordatos Tabelliones apponi ſolet
En el remate, aliter enim etiam ſi iudice præſente
& cum eius authoritate fieret hæc vltima ſub-
haſtatio, non exequeretur niſi & ipſe iudex tunc
vteretur illa clauſula iudicum chartulariorum,
qui ſtatim in ipſo remate condemnant ipſum
conductorem ad ſoluendum. & ſic ſcribitur per
tabellionem, prout iudices Eccleſiaſtici faciunt
quotidie dum præſentes ſunt locationibus deci-
marum ac bonorum Eccleſiaſticorum, tūc enim
idem hoc importat. quod dicta clauſula guaren-
tigia, aliter enim exequi non poſſet *El remate,* in
quo hæc. vel dicta clauſula non apponeretur, &
id decerpitur ex verbis noſtri tex. ibi. *Y otros re-
caudos que les fueren moſtrados, que traxeren aparejada
execucion.* Sed ſecundum communem, vbi non eſt
dicta clauſula nō datur executio, *vt dixi. l.* 1. *tit.* 21.
lib. 4 *ſupra n.* 53. *cum ſequen.* Ergo habemus hic tex.
hoc probantem, licet iudices parum ad hæc ad-
uertant. & male cum aduertere deberent. & alia
in propoſitum noſtræ legis *dixi in. l.* 14. *tit.* 7. *ſupra
eodem libro.*

Ibi, *Entretanto que los bienes ſe venden y rematan, les prendan los cuerpos, y les tengan preſos.* Idem diſponit. *l.* 14. *tit.* 7. *ſupra eod. libr.* vbi & alia diximus *in glo. Q te ſus cuerpos.*

LEX VNDECIMA. DE QVA DIXIMVS in. l 14 titulo ſeptimo ſupra eod.

SVMMARIVM LEGIS.

Conductores Gabellarum præſentes debent eſſe in loco tempore quo faciendæ ſunt ſolutiones creditoribus de legatis, ſub noſtri text. pœnis.

IBi, Y MAS CIEN MARAVEDIS CADA DIA PARA SVS COSTAS. Et inſuper expenſas litis duplicatas *vt probatur in. l* 21. *infra iſto titu.* vbi & diſponitur pœna contra iudicem negligentem circa ſolutiones has faciendas, vt & *in l.* 17. *tit.* 7. *ſupra iſto lib.* diſponebatur contra iudices negligentes in facienda executione, vel in vendendis pignoribus captis pro ſolutione debitorum, tenentur enim reſidere conductores ij in ſuis locis, *vt inquit. l.* 16. *infra eod.*

LEX DECIMA-QVARTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Pœna contra conductores reddituum Regiorum reaſſumentes primam tonſuram.

IBi, ORDENAMOS Y MANDAMOS. Eam in hoc allegat Auenda. *capitulo* 19. *prat. numero* 22. *libro primo,* & Laſarte *de Decim. vend. c.* 18. *numero* 8. & vide *tex. l.* 4. *tit.* 4. *lib.* 1. *ſupra* contra clericum habentem quitantiam à Rege & declinantem eius forum.

LEX DECIMA-QVINTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Conductor vel receptor Gabellarum pro ſoluendis delegationum ſummis barateriam non committant ſub noſtri text. pœna.

cap. 30. pratorum, num. 2. & 3. fol. 215.

Ibi, *Que lo paguen con las ſetenas.* Ad quam pœnã, & ad rei reſtitutionem in foro contentioſo tenebitur, in foro tamen conſcientiæ ad rei reſtitutionem, non autem ad pœnam, quia non debetur in conſcientia pœna ante condemnationem, vt & alibi late dictum per nos remanet. Vlterius etiam tenebitur talis doloſus fraudator
reſarcire damnum † ex hoc parti illatum, *ex di-* 1
ctis per Muchaca de Succeſſio. creatio. §. 28. num. 28. verſic. illud dubium eſt cum ſequent.

LEX SEPTIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Nominantes receptores, vel conductores redditum Regiorum tenentur ad omne periculum obueniens: receptoreſq; ij tenetur reſidere in loco illo, aliter reſarcient damnum ex abſentia prouenienſ.

IBi, SEAN TENVOOS DE LO SANEAR POR SI Y POR SVS EIENSS, idem probat. *l. 2. & l. ſecuritates, & l. exactores. C. de ſuſceptori. Prapo. & Arc. lib. 10. vbi, glo. & Doctores*, De *l. 10.* vide quæ diximus, *in. l. 1. iſtiuſmet tit. & lib.* quæ ſimilis eſt noſtræ, & eam allegat Laſarte *de Decim. vend. cap. 18. n. 65.* in quantum receptorem in-
quit debere eſſe contributarium, † *vulgo, Pechero*, 1
nam ille qui non eſt, ſed nobilis, non poteſt ad hoc compelli.

De *lege. 11. fi. noſtri tit. ibi, Segun las leyes.* Dic, quæ pro *lege. 5. ſuprà iſto tit. & libr.* ponuntur.

De titu. 15. nihil commentatione eget titulus hic. 15.

TITVLO XVI. DE LAS PAGAS QVE HAN DE HAZER LOS ARRENDADORES, Y FIELES, A LOS QVE EN ELLOS FVEREN LIBRADOS.

CVM in præcedente titulo dictum delibramentis, ſiue delegationibus ſit, nunc ſequitur ſubſequenter, De ſolutionibus faciendis illis, quibus delegationes hæ factæ ſunt.

LEX PRIMA.

SVMMARIA.

1 *Exactor Gabellarum vel conductor ſi alteri Gabellas, exactionem earum mandent an in ſubſidium aget Rex contra hunc ſecundum exactorem, n. 1.*

2 *Conductor ſecundus ſi aufugiat, vel fiat non ſoluendo tenetur primus, qui non liberatur cedendo iura communitatis contra ſecundum, num. 2.*

3 *Pretium Gabellarum quo tempore Regi praſtandum, num. 3.*

IBi, LOS ARRSNOADORES, FIELES, Y COGEOORES, QVE LAS TVVIERSN Y RSCAVDAREN POR MENOR. Sed quid ſi iſti conductores, vel emptores Gabellarum locent vel vendant eas alteri, vel receptores illarum alteri mandent eas recipere & colligere, & primus conductor, emptor, vel receptor, factus ſit non ſoluendo, an Rex vel communitas in ſubſidium agere poterunt contra ſecundum conductorem emptorem vel receptorem ad
pretium † vt illud ſoluant temporibus hic con- 1
ſtitutis, & Bertachi. *de Gabell. 2. part. num 25.* inquit quod ſic, *argum. l. 1. cum ſequent. ff. de inſtito.* & tenet Petr. de Wal. *in Tract. Soci. t. 10. p. col. 1. ad fin.* vbi etiam dicit quod ſi ſecundus conductor aufugiat, vel fiat non ſoluendo, tenetur pri-
mus, qui non liberatur cedendo † communitati 2
iura, & actiones contra ſecundum, *per. l de illo, in princip. ff. pro ſocio.* & ibi ipſe Bertachi. *in n. 31. diſcurit, cum num. ſeq.* quo tempore pretium Gabellarum ſit ſoluendum Regi, vel communitati
vendenti, vel locanti, † quòd cum ex lege noſtra 3
ſit definitum nihil amplius eſt inueſtigandum.

Ibi, *las paguen de la moneda que corriere en eſtos Reynos al tiempo de las pagas.* De quo dubitabat Abb. & eius additio. *in cap. quanto. num. 12. 13 & 14 de iureiurand & Calcane. conſil. 14.* & dixi remiſſiue *in. l. 6. titu. 21. lib. 5. ſuprà.*

LEX TERTIA.

SVMMARIVM LEGIS.

Liquidandum eſt cum conductoribus, id quod liquide conſtat, & remanet de redditibus Regijs, vt ſciatur quid ſit in eis delegandum.

SVMMARIA.

1 *Delegationes cum dantur in princip. anni antequam calculationes fiant, quid agendum erit, num. 1.*

2 *Conductores Gabellarum dicentes non poſſe ſoluere delegationes quomodo tenentur adire tempore hic limitato coram calculatoribus regijs, aliter enim adſtringentur ſoluere, num. 2.*

IBi, QVERIENOO PROVEER. Idem erat prouiſum, *per. l. exactores. C. de ſuſcepto. prapo. & arcano. lib. 10. & ibi Rebuf. & alij.* & vide. *l. 7.*

2 locandis idem poſſunt rectores earum † *vt inquit Auenda. capit. 12. prat. numero 12. verſ. circa quod eſt notandum lib. 2.* debent tamen caute promitti, & in tempore opportuno, & cum moderatione, aliter enim eſſet deſtruere, & non locare Regios redditus & ciuitatum.

Ibi, *Dexen el quinto para nos,* limita hoc vt non procedat ſecundum quod in lege ſequenti diſ-
3 ponitur in locationibus † tamen bonorum ciuitatis, non datur ciuitati quintum hoc ex promiſſis, *vt per Caſtillo in Politica Correcto. lib. 3. capit. 4. numero 19.*

Ad leg. 25. Dic idem diſponi *in. l. 6. colum. 2. in medio ſupra iſto titu. & lib.*

Ad leg. 26. finalem noſtri tituli Dic: vide ſimilem *in leg. 5. titu. præcedentis*, & vide quæ diximus *leg. 8. titu. 9. ſuprà iſto lib.* ad cuius declarationem procedit lex. hæc. 26. vt *in eadem. l. 8.* declarauimus.

TITVLO XIIII. DE LAS FIELDADES Y ADMINISTRACIONES EN QVE SE PONEN LAS RENTAS REALES POR DEFECTO DE ARRENDARSE.

SVperioribus proximis titulis dictum eſt de concernentibus locationes redditum Regiorum, & cum adſunt eorum conductores, nunc autem immediate ſequitur titulus noſter diſponens quid erit agendum ſi nullus adſit eorum conductor.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Quando & quomodo, & per quos redditus Regij extrahendi ſunt ad publicam ſubhaſtationem & fidelibus & adminiſtratoribus commendandi quoties conductores eorum non reperiuntur, vel ob aliam cauſam & impedimentum, declarat lex hæc.

SVMMARIA.

1 *Suſceptores qui dicantur, num. 1.*
2 *Exactores collectarum per Præſidem & Rectores ciuitatum eligendi ſunt, num. 2.*
3 *Subhaſtatio debet fieri præſentibus officialibus, num. 3. & quoto tempore, num. 4.*
4 *Conductores Gabellarum fide-iuſſiones idoneas præſtare debent, numero 5.*

IBi, QVE CADA VN CONCEIO. Iunctis verbis ſequentibus, *Nombren y pongan entretanto fieles y cogedores.* Nã, *vt inquit Conſ. in. l. ſuper creandis. C. de iur. fiſci. libro* 10. ſuper creandis ſuſceptoribus periculo procuratorum Rei dominicæ diſpoſitionem tuæ ſublimitatis firmam eſſe præcipimus: quem conſiderat Lucas de Pen. *in. l. 1. in princip. C. de ſuſcepto Prapo. & arca. libro* 10. ad hoc, ſcilicet, qualiter eligantur ſuſceptores.
1 Suſceptoreſque † dicuntur *teſte Otomano, De verbis iuris, verbo, Suſceptores, qui vulgo Receptores*, qui, quæ principis Ærario debebantur, recipiebant, eorumque munus erat annuum, Exactores namque collectarum per Præſidem & Rectores ci-
2 uitatis ſunt † eligendi, *vt inquit text. & ibi notant Doctores. Præcipuè Iacob Rebuf. in. l. exactores. C. de ſuſceptor. Prapo & Arc. libro* 10. cum ipſorum Rectorum ac Præſidis periculo cedat mala adminiſtratio, *vt denotatur in præſenti, & clarius in. l. 7. infra iſto tit. & lib.*

Ibi, *Que los Regidores.* Iunctis verbis ſequentibus, *Fagan pregonar publicamente.* Hic habes text. probantem, quòd officialibus communibus præ-
ſentibus debet fieri ſubhaſtatio hæc, † prout & 3
de iure erat, *vt apparet ex dictis per Bertachi. in Tract. de Gabell. 2. part. numer. 27. & probatur ex text. in dict. l. exactores. C. de ſuſceptor. Prapoſ. & Arcan. libr.* 10. & quoto tempore ſint † ſubhaſtandæ 4
res, vltra dicta per nos in titulis præcedentibus, ſcilicet *l. 2. num. 9. cum ſequent. tituli præcedentis.* vide per Iodo. Danhaude. *in Tract. de ſubhaſtatio. c. 5.* in Girond. *de Gabel. 1. part. in prin. num.* 18.

Ibi, *Contentando en ellas, de buenas fianças.* Idem enim regulare eſt in locationibus Gabellarum, vel in exactionibus earum nomine Regis, *vt apparet ex titulis & legibus huius libri 9.* & hoc ſiue maiores, ſiue minores ſint conductores, vel exacto-
res earum, † *vt inquit Laſarte, de decim. vend. cap. 18.* 5
nu. 16. vſque ad. 20.

LEX QVINTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Quando & quomodo fideles exactores tenentur reddere rationem conductori Gabellarum.

SVMMARIA.

1 *Fraudator doloſus tenetur reſarcire damnum illatum parti. n. 1. vbi in. l. 10. quod receptor & exactor debet eſſe de bonis populi hominibus, non vero de nobilibus.*

IBi, Y QVE LA DICHA CVENTA DEN POR MENVDO. Sed an credetur eis de parua quantitate. Vide Auiles *cap. 30.*

Ibi, *Y que de la renta con el que la tenia.* Ex ijs verbis colligitur talem licitatorem del quarto non lucrari promiſſa † in tali licitatione conceſſa, cum iubeat lex noſtra, talem Gabellæ redditum deuoluendum primo conductori, à quo auferri prætendebatur, ob oblatam adiectionem quarti, pro quo nouiſſime vltra omnes conſidero verba hæc legis noſtræ, quam pro huius doctrinæ determinatione. ſic tenens non conſiderauit Gironda, *de Gabell. 2. part. in princ. num. 26. cum ſequentib.* vbi *à num.* 23. quæſtionem incepit.

LEX DVODECIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Facta adiectione quarti cum ſolemnitatibus legum noſtrarum primus conductor non eijciatur ab adminiſtratione talis redditus vſque dum tali adiectori Del quarto, *detur liberum recudimentum, licet poßit iſte adiector petere, vt ex parte ſua aliquis adſiſtat adminiſtrationi talis redditus.*

SVMMARIA.

1 *Oblatione facta maioris ſummæ in rebus publicis aut minoris, vbi de iure admittenda eſt facta iam vltima ſubhaſtatione non eſt primus conductor poſſeßione priuandus non auditus, num.* 1.

IBi, No se aue sapoderado de la renta. Et hoc iuri & rationi conuenit: nam vſque dum conſtet an bene adiectio quarti in tacta, & detur eius recudimentum primus conductor illud habens non debet eijci à poſſeſſione ſua, aliter enim eſſet eum iniuſte & eo non audito priuare iure ſuo, quòd eſſet abſonum & contra omne ius, neminem inauditum priuari iubens iure ſuo, ex quo deſumo argumentum optimum ex ijs verbis legis noſtræ, ad id quod quotidie fit, quoties aliquis minor vel reſpub. reſtituitur aduerſus vltimam ſubhaſtationem rei ſuæ per nouam adiectionem per tertium aliquem factam, vt primus conductor exiſtens in eius poſſeſſione non ſit ſtatim priuandus ea, ſed omnino audiendus, † abſque tamen 1
ſtrepitu & figura iudicij, *prout voluit in tranſitu Gutierrez. libro primo pract. quæſt.* 38. *numero fin.* & quotidie ſic videmus fieri, imo & ſolent annullari ſententiæ latæ primo conductore non audito & iuberi quòd audiatur.

Ibi, *Y hazer auenencias,* idem diſponit. *leg. 17. columna 2. infrà iſto titu. & lib.*

LEX DECIMA-QVARTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Facta adiectione del quarto ſeruandæ ſunt conductiones por menor factæ à conductore de por mayor.

IBi, Aya de estar y quedar por los arrendamientos. Idem in conductoribus *de por menor,* diſponit *lex. 16. infrà iſto titul. & libro,* & hoc introductum fuiſſe ob euitandas lites inter primum & ſecundum conductorem inquit Laſarte *de decim. vendi. cap. 18. numero* 88. ſed ego ob fauorem reddituum Regiorum & ipſorum conductorum intelligo eſſe introductum, ſcilicet ſi forte ita non eſſet, conductores tam primi quam ſecundi in maximo damno remanere poſſent, ſi conductionem non adminiſtraſſent, imo Rex ipſe, quia multi ſe abſtraherent à conductionibus redditũum Regiorum damnificaretur.

LEX DECIMA-SEXTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Adijciens licitationem quarti in locationibus De por menor. *tenetur ad obſeruantiam conuentionum, per primum conductorem* De por men or, *factarum.*

SVMMARIA.

1 *Pluribus ſocietatem contrahentibus an poßit vnus ex contractu alterius conueniri, num.* 1.

IBi, Este por las avenencias. Idem in locationibus de por mayor, *in. l. 14. ſuprà eod.* dictum eſt, & notat Parlador. *lib. 1. rer. quotid. ca. 3. §. 7. nu. 21. cum ſequent.* & Laſarte. *d. cap. 18. numer. 88. & dixi in. l. 14 ſupra eod. & in. l. 11. in fin. tit. 12. præcedentis,* ſed an poſſit ſi plures contrahunt ſocietatem, vnus ex contractu alterius conueniri, † vide Ancharra. *conſil.* 322. pro clariori deci- 1
ſione dictorum.

LEX VIGESIMA-SECVNDA.

SVMMARIVM LEGIS.

Maiores ratiocinatores & calculatores poßũt promiſſa offerre & præſtare adiectoribus & licitatoribus, quintũ tamẽ horũ promiſſorũ relinquitur Regi & à promißis ſubtrahitur.

SVMMARIA.

1 *Promiſſa cõcedi poſſunt in locationibus redditũ Regiorum, n. 1. & n. 2. idem in rebus Ciuitatis locandis.*

2 *Quinta pars promiſſorũ conceſſorum conducentibus res ciuitatum non datur ciuitati ſicut datur Regi ex lege noſtra, numer* 3.

IBi, Qualesquier quantias de maravedis de prometidos. Hic habes text. clarum probantem promiſſa concedi
poſſe † in locandis redditibus Regijs vt impo- 1
ſtores alliciantur ad plus offerendum, & ſic quotidie practicatur, imò & in rebus ciuitatis locandis

2 *Conſiderantur verba noſtri text. pro confuſione quorundam dicentium auctionem admitti in obligationibus ciuitatum publicis quocunque tempore & indiſtincte, numero 2.*

3 *Omnis perſona licitare poteſt ſubhaſta, quæ probibita non eſt, num. 3.*

4 *Lapſis tribus menſibus datis ad adiectionem del quarto faciendam an per viam reſtitutionis admitti poſſit, numero 4.*

5 *Adiectio del quarto ſi de facto admittatur contra legis noſtræ formam, an erit nulla, num. 5.*

IBi, EN EL AÑO DE SESENTA Y DOS, quæ eſt lex præcedens, cuius declaratoria eſt hæc noſtra, vbi diximus aliqua, & an hæc procedant in rebus ciuitatum & minorum vt in eis hęc adiectio del quarto admittatur, plu-
1 ries diximus quòd non eſt idem, † niſi pro conditione ponatur, vel adſit pactum vel ſtatutum municipale circa hoc, *vt per Auend. c. 12. prætorum. num. 10. 2. part. & Parlador. lib. 1. rer. quotidia. cap. 3. §. 7. n. 14. cum ſequent. & Laſarte de deci. vend. cap. 18. nu. 23 & Gironda de Gabel. 2. part. §. 1. numer. 8. cum ſequent. & num.* 96. & eſt ſine dubio.

Ibi, *Quando veen que conoſcidamente los que primero arrendaron algũ prouecho en ella y hã pueſt o ſu induſtria y parte de ſu hazienda en mejoramieto de la dicha renta,* verba hæc applicari poſſunt ad confuſionem
2 dicentium admitti maiorem † licitatorem in locationibus publicis reipub. facto *vltimo remate.* & ad finem temporis talium locationum, & cum apparet talem licitatorem lucraturum in licitatione illa, aliquis offert maius pretium, quòd quidem antea non obtulit, cum non apparebat de lucro illo, & reuera, niſi aſſerentes hæc, aſſererent, prout aſſerunt, teneri talem nouum licitatorem reſarcire damna in locatione illa reſultata primo conductori à quo aufertur, prout reſarcienda ſunt, *ſecundum quòd diximus in l. 2. tit. 1. lib. 2. ſuprà & Gutierrez. pract. quæſti. lib. 1. quæſtio.* 38. non vtique eſſet nouus hic licitator admittendus tempore, in quo lucrum apparet manifeſtum, pro quo tunc plurimum conducerent verba hæc noſtri text quæ huic dolo præueniunt, vt locum non habeat hæc noua licitatio, niſi ſit *del quarto*, prout ex eius diſpoſitione clariſſime Patet.

Ibi, *Mando y ordeno que la perſona*, notanda eſt indiffinita hæc perſona, quę ęquipollet vniuerſali, ita vt quilibet admittatur ad hanc adiectionem faciendam, cum permiſſum eſt licitari & offerre ſub haſta, quamuis prius nullam adiectionem fecerint, ſiquidem lex ſi tempora. C. de fide inſtrum. & iur. haſtę fiſc. lib. 10. & l. Lucius. §. fin. ff. admunicip. & l. 1. & 2 C. de vend. reb. ciui. libr. 11. & leges noſtri tituli & omnes alię quę de adiectionibus loquuntur non diſtingunt perſonas, ſed generaliter diſponunt, ideo nos non debemus diſtinguere. *l. de pretio. ff. de publica in rem actione. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtan. cum ſimilib. allegatis in gloſ.* & ſic lex noſtra in eo quòd preſupponit liberationem ſubhaſta factam poſſet tolli & reuocari per quartum oblatum ab alio, intelligi debet de quarto facto à quacunque perſona, à iure non prohibita licitare, quoniam de iure communi omnis perſona poteſt addictionem facere, licet nondum licita-
tus eſſet † ſubhaſta, dummodo alias ſit ad lici- 3
tandum habilis, conſtitutio vero regia in quantum fieri poteſt redducenda eſt ad terminos iuris communis. *l. 2. C. de noxa li.* ergo & in noſtra materia idem iudicandum eſt, & dicendum, prout in eius propoſitum & materiam inquit Claperi. *in Centuria cauſa. fiſ. ſexta cauſa quæſtione vnica per totam.*

Ibi, *que la haga dentro en tres meſes*, etiam ſi per tres annos fuiſſet ſubhaſtata, *vt per Laſarte de decim. vendi. capitulo 18. numero 24 25. & 26.*

Ibi, *Y los prometidos que en ella ſe han otorgado*, & idem diſponitur, *in. l. 25. infra iſto titul. & libro* cum promiſſa etiam in pretio adiectionis quarti conſiderentur, ſequitur hinc eſſe textum, quòd. ex promiſſis eum in pretio computentur, Gabella debeatur, de quo vide quæ diximus *in. leg. 6. gloſſa fi. titulo 9. ſupra iſto lib. num* 9.

Ibi, *Sea reſcebida la dicha puja faſta los dichos tres meſes*. Sed an & poſt eos admittetur quis per
viam reſtitutionis, † & videtur, quod non, quia 4
lex noſtra pœna ab ea deſignata contentatur, ſi extra tres menſes adiectio hæc quarti interponatur, igitur poſt nullus vllo modo eſt admittendus, etiam ſi fiſcus velit vti ad hoc reſtitutionis remedio. prout in facti contingentia inquit deciſum Claperi *in. Centuria cauſa. fiſcal. in cauſa. 5. in princi. & ibi additio, & in gloſſa prima eiuſdem cauſa.*

Ibi, *Y ſi de otra guiſa ſe recibiere, que no ſea recebida.* Sed quid ſi de facto admittatur an erit nulla, dic
quòd ſic, † quia lex hæc & ſequens prohibitiuæ 5
ſunt, & nouam formam inducunt, & ſic ſubſtantialem, & per conſequens omnia in contrarium acta nulla ſunt, vt expreſſius ex contextura antiqua legis noſtræ quaterni prouiſum erat.

LEX VNDECIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Adijciens licitationem quarti fide-iubere pro ea debet & fide-iuſsiones approbare intra tempus à lege noſtra ſtatutum & ſub eius pœna.

SVMMARIA.

1 *Adiector* del quarto *ſi in adiectione eius non ſeruanit ſolemnitates an intra tempus poterit eas ſupplere, numero 1.*

2 *Adiector* del quarto *non ſeruans legis noſtræ formam non lucratur promiſſa, numero 2.*

IBi, Y SI ANSI NO LO HIZIERE Y CVMPLIERE, QVE PAGVE A NOS LA PVIA DE EL QVARTO. Poterit tamen talis licitator ſi adhuc tunc ſteterit tempus adijciendi quartum, intra reſiduum temporis illius ſupplere
† omiſſas ſolemnitates *ſecundum Laſarte de decim.* 1
vend. cap. 18. num. 28.

Ibi,

24 nem, & ſic *deſpues del primer remate*, † & in hoc
Claper. *vbi ſupra, num. 6.* ex regia ordinatione di-
cebat eſſe octo dierum, ſed de iure *ex dict. l. ſi tem-
pora ſecundum primum intellectum gloſ.* ibidem tempus
hoc ab ipſo procuratore erat conſtitutum, &
hunc eſſe veriorem intellectum illius. l. ſi tem-
pora inquit Claper, *vbi ſuprà num. 12. cum. 5 ſequent.*
hocque proſequitur refutando alios duos intel-
lectus, ſed ex lege noſtra id tempus iam eſt de-
terminatum, vt ſcilicet, poſt primam liberatio-
nem, & ſic deſpues *del primer remate*, Vſque ad
25 quindecim dies admittitur † licitatio maior dũ
tamen ſit *de diezmo, o medio diezmo*, vt inquit lex
noſtra, & ſic ſecundum hoc debemus nos in
noſtro Regno gubernari, tertium vero tempus,
addictionis faciendæ, conſideratur per Claper.
vbi ſupra, num. 6. verſ. tertium & num. 17. cum ſequen-
26 *ti.* ſcilicet per modum duplamenti † vel tripla-
menti ex regia ordinatione Regis Ludouici. 12.
artic. 13. quæ in noſtro regno vocatur, *puja del
quarto*, & ad illam in Francia octo dies daban-
tur, ſed nos habemus. l. 5. cum ſequent. iſtius
noſtri tituli tempus trium menſium ſtatuentem
poſt vltimam ſubhaſtationem factam per viam
de diezmo, o medio diezmo, de qua lex noſtra loqui-
tur, & hoc tempus eſt ſtatutum fauore fiſci, vt
merito talis interpretatio ſit admittenda, cum
id ſit vtile fiſco, & text. in dict. l. ſi tempora,
cum ſimilibus ſolum deſiderat addictionem fie-
ri intra tempora nec diſtinguitur an illico, vel
ex interuallo adijciatur, ſed ſimpliciter loquun-
tur leges illæ, & ſic ſimpliciter erant intelli-
gendæ, niſi leges noſtræ id diffinirent vt vides
diffinitum.

Lex. 3. & 4. ſunt declaratoriæ & augmenta-
tiuæ legum præcedentium, cum eſſent omnes
in quaterno poſitæ ſub. *l.* 51. & ſic non eſt ne-
ceſſe amplius ſub eis inſiſtere, & nota ad. l. 3.
dum dicit promiſſa eſſe ſoluenda quòd eſt ſimi-
lis. *l.* 23. *infrà iſto titu.* idem probantis.

LEX QVINTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Nulla addictio adiectio vel auctio admittatur poſt vltimam ſubhaſtationem, niſi ex partium conſenſu, vel niſi adijciatur quartum.

SVMMARIA.

1 *Partitarum iure tertiam partem augeri poſt vltimam ſubhaſtationem requirebatur, ex legibus noſtris, quarta, numero 1.*

2 *Licitatores paciſci non poſſunt vt non admittatur hæc quarti adiectio, num. 2. & num. 3. & 4. ampliatur duobus modis.*

3 *Quarta plura an poſſint offerri intra tempus aſſignatum adiectioni del quarto, num. 5. & 6.*

IBi, O SI LA PVIA FVERE TANTA QVANTO MONTA LA QVARTA PARTE DE LA RENTA Y NO EN OTRA MANERA,
1 De iure partitarum tertia pars † requirebatur. *vt
apparet ex. l. 7. titu. 7. par 5. & ibi gloſ. ita notat*, ſed
per noſtram corrigitur *vt aduertit Laſarte de decim.
vend. cap. 18. nu. 22.* & iure Gallorum quid ſit
vide Claper. *in deciſio. cauſ. fiſc. pag. 26. nu. 15. &
16. cauſa. 4 quæſtio. vni.* idque adeo procedit vt
licitatores paciſci nequeant in contrarium, nè
2 ſcilicet admittatur hæc quarti adiectio, † & et-
iam ſi cum pœna hoc promittatur non valet
3 pœna promiſſa, † *ſecundum Laſarte vbi ſuprà, num.*
30. imo nec ſummi rationales *ſecundum eum ibi*,
4 poſſunt in hoc † diſpenſare, *& probatur ex text. no-
ſtro, in verſ. Y ſi los nueſtros contadores lo contrario hizie-
ren que no vala*, nam ſi minorem licitationem
quam quarti lex noſtra prohibet eis recipere, à
fortiori, prohibere videtur, ne licitationem in-
tegram del quarto excludant, nam cui non li-
cet, quod eſt plus, non licet quòd eſt minus, & è
contra, faciliuſque arguitur de prohibitione mi-
nori ad maiorem, quam e contra, qua de cauſa
credo non poſſe tute & cum bona conſcientia
licitatores maiores aliud facere, cum ſit metas
legis noſtræ excedere, & ius parti adquiſitum
tollere, quòd neque ipſi principi licet, niſi ex pu-
blica cauſa & adhibito bono cambio, *ex dictis per
nos. l. 1. titu. 1. lib. 4. ſuprà & alibi in iſto lib.* 4. & ſic
dum aſſerit Mincha. *relatus per Laſarte dict. c. 18.
num. 30. in fine*, aliud vidiſſe fieri, vtique male &
contra ius factum fuit & non eſt in poſterum
faciendum, & ſic in mea impreſſione Venetijs
facta nihil tale dixiſſe Minchacam inueni, præ-
ſertim cum ex lege noſtra in fi. ſummos ratio-
nales id in conſilio iurare debere diſponatur,
item no. quòd inquit Laſarte *dict. cap. 18. nu. 29.*
ne dum vnũ quartum, ſed & plura quarta vnũ
poſt aliud in vna & eadẽ locatione addi poſſe, ſi
modo tempus elargiatur, hoc eſt ſpatium trium
menſium non effluxerit, ſed id neque verum
† credo, neque percipio bene quomodo plura 5
quarta poſſint recepta addi ſine primi quarti le-
gitime & intra tempus à lege diffinitum, &
quid ſi per plures annos locatio facta eſt, quo-
modo facienda ſit † hæc adiectio del quarto, vi- 6
de Laſarte, ibidem, *num.* 24. & 25.

LEX SEXTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter & quo tempore, debeat fieri adiectio del quarto declarat lex noſtra ad limitationem & declarationem legis præcedentis.

SVMMARIA.

1 *Adiectio del quarto, non habet locum in rebus minorum, ciuitatum, vel Eccleſiarum niſi aliud ex pacto aut conuentione ſit ſtatutum, numero 1.*

2 *Conſi-*

8 *Tempus ſecundum aßignatur in. nu. 14. & 15. vbi quot dierum ſit.*

9 *Tempus tertium aßignatur in nu. 16. per modum duplamenti vel triplamenti, quæ in noſtro regno vocatur,* puja del quarto, *& ibi quod tempus dierum detur.*

IBi, NVESTRAS RENTAS, quaſi ſecus ſit in
1 alijs, niſi ex pacto aut lege ſpecialiter † idem quòd in redditibus Regijs ſtatutum ſit *vt inquit gloſ. 1. in fin. in. l. ſi tempora. C. de fide-in. tuit. & iur. haſt. fiſ. lib.* 10. aliud enim ius. in hoc ſtatutum reperimus in fiſco, aliud enim in priuato, Eccleſia, ciuitate vel minore, in quarum rerum venditionibus vel locationibus ſub haſta factis regulariter addictio non admittitur, niſi lege
2 † municipali hoc caueatur *vt dicitur in. l. Lucius. §. fin. ff. ad municip. & ibi. Bart. & in. l. 1. & 2. C. de vend. rer. ciuit. l. 11.* niſi dictæ perſonæ priuatæ vel Eccleſia aut reſpublica, vel minor expreſſo pacto hoc cauiſſent iuxta text. *in dict. l. 1. ibi ſine conditione,* quem intelliges de illo pacto addictionis, prout etiam gloſ. *in. 3. intellectu* intelligit textum *in dict. l. ſi tempora,* extra enim illos caſus Eccleſia, minor vel ciuitas non poteſt facere addictionem de iure communi, *vt in hoc lib. 9.* iterum dictum reperies, & tenet Claperius *in dict. Cent. cau. fiſc. cauſa. 4. quæſtio. vnica, num. 2.* vbi tamen,
3 inquit, *& in num. 3.* quòd ex iure † ſpeciali ex vi reſtitutionis in integrum admittetur minor, *ex. l. & ſi ſine, in pri. in verſ. quæſitum eſt. ff. de minor.* & idem ibi *in dicta num. 3.* inquit Claper. eſſe in
3 los annos pretium † pro quolibet anno diuiditur, nam tunc locatio eſt, quæ & in pecunia numerata conſiſtit. *ſecundum Anton. Gomez. tom. 2. varia. cap. 3 num. 3.* Secundus caſus eſt vbi fit mentio de locatione & conductione in ſingulos annos pro quolibet anno tantum, tunc enim clarum eſt eſſe locationem, nam ſi in caſu præcedenti vbi non fit mentio de locatione neque de emptione in dicto caſu in ducitur locatio, multo magis in hoc ſecundo inducenda eſt, & in hoc etiam omnes concordant. *ſecundum Ripam vbi ſuprà num. 55.* vbi inquit hoc eſſe verum ſiue locati ſint fructus terræ pro certo pretio ſingulis annis, ſiue pro vno pretio ſimul præſtando pro omnibus annis, ſiue locatio ſit facta pro vno anno, *cum Paulo de Caſtro, contra Bald. ibi allegatum,* hoc autem vltimum de vno anno intelligo verum eſſe quòd ſit locatio, quoties fructus locati ex aliquo fundo, vel herba ex prato vel defenſa non ſunt demonſtrati, neque demonſtrata eſt herba tempore contractus locationis, ſecus vero ſi eorum adſit tunc temporis demonſtratio, nam tunc etiam ſi vtamur verbo locationis & conductionis erit venditio & non locatio, quaſi tunc id quod demonſtratur venditur, *vt argumento cap. 26. nonarum p... Gabellarum, ſuccinctè dixit Laſarte. de decim. vend. cap. 2. num. 54. qui à n. 46.* incepit materiam cognoſcendi an eſſet locatio vel venditio, ſed confuſe quidem & intricate, ideo doctrina Franciſci à Ripa *vbi ſuprà* ſequenda eſt, quæ vtilia ſunt ſcire ad ſciendum an remiſſio penſionis facienda ſit ob ſterilitatem, vel non, vel Gabella ſoluenda ſit & debeatur. Tertius caſus eſt *ſecundum Ripam vbi ſuprà, nu. 55. cum ſequent. aliquibus,* quando partes vſi ſunt verbo emptionis & venditionis, & tunc inquit quòd ſi ciuitas vendiderit redditus & prouentus datiorum conſtituto pretio in ſingulos annos, vel menſes, quòd erit locatio, & non venditio, & hæc eſt communis opinio *ſecundum Ripam, vbi ſuprà num. 56.* Neque obſtat quòd ſonet in venditionem, quia magis eſt attendenda veritas & natura contractus, quam verba, *l. ſi inſulam. ff. de praſ. verb. l. ſi olei. C. locati,* nam verbum emit exponitur quandoque pro conduxit, *l. ſi hi qui. C. locat. l. ea lege §. locaui. ff. eod.* Neque etiam obſtat quòd cenſetur vendi ſpes, quia iſtud non eſt verum, quando empti ſunt redditus percipiendi, cum intelligantur empti fructus ſoliti communiter percipi, *l. interdum. ff. de verborum obligatione,* ſed ſi vnico pretio pro omnibus annis, & tunc venditio eſt, *vt communem cum Bart. teſtatur Ripa vbi ſuprà. nu. 47.* quæ tanquam communis ſequenda eſt, ex quibus Ripa *ibidem, nu. 61. vſque ad 66. excluſiue* plura infert, & Bertachi. de Gabel. *2. part. nu. 41. cum ſequen. pluribus de ijs tractat.* Erit quartus & vltimus caſus, *quem ibi Ripa ponit in num. 66.* quando contrahentes in contractu vſi ſunt promiſcue & ſimul, verbo venditionis & locationis, ſiue pretij præſtatio diuidatur in ſingulos annos vniformiter, ſiue conſtitutum ſit vnum pretium pro toto tempore, quia ſi ſubiecta materia magis conuenit locationi, quam venditioni, erit locatio, & non venditio, & hæc mihi per hos caſus videtur iuridica diſtinctio, *cum Ripa vbi ſuprà à num. 53 vſque ad. 66.* ex quibus habes duas concluſ. veras † & tenendas meo iudicio, pri- 4
ma quòd ſi Rex vel communitas vel perſona quædam conceſſit Titio Gabellas vel fructus fundi vſque ad decem annos pretio 1000. florenorum ſingulo anno, ſi vtitur verbo locationis, vel nullo verbo locationis, vel venditionis, vſus eſt, vel etiam ſi vtatur verbo venditionis, vel promiſcue & ſimul locationis & venditionis, locatio eſt & non venditio, & ſic remiſſio fiet, & Gabella non ſoluetur ſi fructus alicuius fundi vel herba defenſæ per decem aut plus vel minus annos concedantur: vel itidem ſi pro vno anno ſi fructus non erant tunc demonſtrati. Secunda concluſ. eſt quòd ſi fructus Gabellæ vel fundi vendiderim pro pluribus annis, vno tantum pretio, vtens verbo venditionis tunc venditio eſt & non locatio, tum quia verbo, venditio, vſus ſum, tum etiam, quia pro vno pretio pro ſingulis annis, tum etiam quia vendita ſpes videtur, & licet iſte caſus difficultatem poſſet habere, quia fructus non ſunt demonſtrati, tamen, dictis conſiderationibus attentis, & quia communis opinio ſic ſe habet, vt diximus ſic tenendum eſt de quibus poſt hæc vidi actum *per Carroct. in tract. locati & cond. 1. parte, titul. de ſimilitudine loca. in. 4. qualitate per totam & Menoch. de præſump. lib. 3 præſum. 104.* quem poſt hæc ſcripta vidi, & ſequitur Ripæ veſtigia.

LEX SECVNDA.

SVMMARIVM LEGIS.

Redditus Regij in ſubhaſtatione publica locandi ſunt, & dandi maius pretium offerenti.

SVMMARIA.

1 *Gabella ac redditus alij Regij in ſubhaſtatione publica locantur, nu. 1. & præſentibus officialibus communis ibidem.*

Epiſcopis §. alium collatione 9. vtrumque prohibe-
tur clericis, *vt not. in cap. 1. de obligat. ad ratiocina. & in cap. 1. de poſtulan. tenet Bertach. de Gabel. 3. par. n. 2.*
ſed dicendum eſt quòd clerici regulares & reli-
gioſi omnino prohibentur, clerici tamen ſecu-
lares prohibentur eſſe tales fide-iuſſores, ſed ſi
2 de facto fide-iuſſerint † tenebuntur, & valet fi-
de-iuſſio, *vt probat text. in dict. l. 45. vbi gloſ. valdra, allegat ad hoc text. in dict. cap. 1. & cap. conſtitutus de fide-iuſſo.* ſed conductores principales non pote-
runt eſſe ex tex. noſtro, niſi fide-iuſſores laicos
3 idoneos præſtiterint,† & in hoc lex noſtra vltra
quam alia iura diſponit, *vt aduertit Laſarte de decim. vendi. cap.* 18. *nu.* 6. vbi *num.* 7. quærit an co-
4 ram iudice laico poſſit tunc côueniri, † & exe-
qui talis clericus, & ponit opiniones, nam ali-
qui dicebant quòd ſic, & quòd poterat incar-
cerari per iudicem ſecularem, ſed ipſe & melius
tenet contrarium, & ante eum in clerico fide-
iuſſore de iudicato ſoluendo *tenet gle. valdra, in dict. l.* 45. niſi clericus doloſe atteſtaretur ſe lai-
cum eſſe, † & non clericum tempore quo fide- 5
iuſſit vel conduxit *ſecundum Laſarte, vbi ſuprà*, ſed
& adhuc tunc non credo verum quòd incarce-
rari poſſit neque exequi per laicum iudicem,
† quoniam ſi ſuo expreſſo conſenſu clericus id 6
non poſſet permittere, *ex. ca. ſignificatum, extra de iudic.* quanto minus ex præſumpto, in fructibus
tamen ſui beneficij & patrimonij bonis, poterit
† executio fieri, *ex ca. ſecundum de fide-iuſ. vbi vide* 7
Abb. & iterum idem Abb. cap. 1. eod. titu. quem allegat gloſ. ni ſus Igleſias, in dicta. l. 45. & ibi Humada ſuper ea plures allegat in num. 3. ex dictis per nos in. l. 11. titu. 3. lib. 1. ſuprà & per Laſarte nos referendo vbi ſuprà capit. 19. num. 84. in fi.

LEX NONA.

SVMMARIVM LEGIS.

Milites & aliæ perſonæ hic contentæ conducere prohibentur redditus Regios.

IBi, ORDENAMOS Y MANDAMOS. Similis eſt *l. 2. & 4. ſuprà, eodem vbi* diximus: ſed hæc noſtra lex alias addit perſonas legibus illis numeratas, prout ſunt *Commendaderes de ordenes, y alcaydes de fortalezas.*

Ibi, *Ni eſcriuane de conceje*, Allegat legem noſtram Dida. Perez *in. l. 2. titu. 5. lib. 2. ord. colum.* 432. *in pri.* & ad Tabelliones numeri ibi extendit, & vide alia quæ diximus *in d. l. 4 ſu. eod. & in l. 3. tit. 5. lib. 7. ſuprà.*

Ibi, *que es tante poderoſe o mas*, Allegat eam Auenda. *cap. 19 prato, verſ. dicitur autem, lib. 1. & in cap. 12. n. 13. in medio lib. 2.* & per hæc totus iſte tit. 10. remanet expeditus vt ad alios deueniamus.

TITVLO XI. DE LOS ARRENDAMIENTOS DE LAS RENTAS REALES DE POR MAYOR.

SVperiori titulo dictum eſt, quibus perſonis prohibitum ſit locari Gabellas ac redditus Regios, nunc autem in noſtro & ſequenti. quibus modis locandæ ſint declaratur, & primo in noſtro titulo, cum pro maiori locantur, tanquam principaliori modo.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Declarat lex noſtra, quæ ſit locatio de por mayor, & quæ de por menor.

SVMMARIA.

1 *GAbellæ & Regij redditus locantur, & non venduntur, num. 1. vbi & quòd contractus hic proprie vocatur locatio, & conductio, & quòd in publica ſubhaſtatione & per tempus biennij fieri debet & num. 2. latius declaratur an hac Gabellarum adminiſtratio dicatur locatio & conductio, an verò venditio, & cum ſequent. numeris & nu. 4. concluſiones ponuntur.*

2 *Locatio & non venditio eſt, cum pretium pro fructibus datum per ſingulos diuidatur annos, num. 3.*

3 *Verbum, emo, exponitur quandoq; pro conduco, nu. 3. ad finem.*

IBi, LOS ARRENDAMIENTOS DE NVESTRAS RENTAS. Ex
ijs verbis colliges clariſſimè
hic probari, quòd Gabellæ &
alij redditus † Regij locantur, 1
non verò venduntur, & ſic
propriè contractus hic dici-
tur locatio & conductio, non vero emptio & venditio: *vt probatur ex. l. penes, & in. l. fin. C. de vectigalibus, & l. 7. titu. 7. parti. 5.* vbi dicitur quòd in ſubhaſtatione publica hæc fieri debent, & per tempus triennij, non vero in amplius locari, licet *l. 4. C. de vectig. vt aduertit gloſ. pen. in*

Digitized by Google

21 expreſſa fuiſſent, quæ exprimi debuiſſent, † *ſe-*
cundum Bald. in. l. 1. colum. penult. quæſt. 2. C. com-
mod. & alij plures relati per Tiberi. Decia. reſp. 39. num.
71. volum. 2. vbi num. 72. inquit, quòd habet ope-
rationem tale iuramentum, quòd ſi actus non
valet vt agitur valeat vt valere poteſt, ſed ſi
minor hic. 25. maior tamen. 14. annorum, in-
quit, ſe iurare ratione minoris ætatis non con-
trauenire contractui, ſub hac minori ætate,
datur beneficium læſionis & reſtitutionis mi-
nori, ſi lædatur: ergo & expreſſe renuntiat eis,
dum renuntiat minori ætati, quomodo ergo
hæc ita in lege noſtra explicantur, & dicendum
eſt iuſte explicari, item *ex dict. l. 16. tit. 11 part. 3.*
ſolum videtur requiri minorem iurare, vt non
contraueniat ratione minoris ætatis, vt etiam
læſus non reſtituatur: igitur & hoc ſufficeret
in præſenti exprimere: ſed nihilominus dicen-
dum eſt iuſte legem noſtram hoc expreſſiſſe,
eo quòd licet minor renuntiet beneficio mi-
noris ætatis, & ſic eius beneficium tollat &
itidem reſtitutionis, tamen quia difficultatur
inter aliquos, an iuramentum confirmatorium
22 † tollat beneficium reſtitutionis, *vt apparet ex*
Sfortia in tract. de in integ. reſt. quæſt. 26. artic. 7.
item & quia licet minor renuntiet beneficio
minoris ætatis, tamen, ſi alia ex cauſa eſſet con-
tractus inualidus, ita quòd à maiore etiam fa-
ctus non valeret, tunc vtique non ſufficeret
23 † renunciatio minoris ætatis, & conſequenter,
24 non eſt cenſendum † renunciatum remedio le-
gis. 2. C. de reſcindenda venditione *ſecundum*
gloſ. Porrazon, in dict. l. 6. tit. 19. part. 6. & gloſ. fecha,
l. 16. tit. 11. part. 3. & Guter. in dict. authent. Sacra-
menta puberum num. 31. & 87. & Parlador. vbi ſuprà.
num. 28. ideo iuſte lex noſtra etiam vltra mino-
rem ætatem læſionem & beneficium reſtitu-
tionis renuntiari iuſſit, *& l. illa. 16. tit. 11. par. 3.*
quæ contraria videbatur, procederet vbi læſio
non eſſet vltra dimidiam, vel declarari *per. l.*
illam. 59. titul. 18. par. 3. quæ omnia hæc ſicut
noſtra renuntiari iuſſit, & amplius procedit,
ſcilicet, vt minor hic etiam, diceret ſe non con-
ttauenire etiam ſi nummi illi vel contractus
ille non redundaret in ſuam vtilitatem: & ſic
iuſte inquit gloſ. illa *fecha in dict. l. 16. & gloſ.*
l. 56. tit. 5. par. 5. & in dict. l. 6. titn. 19. par. 6. quòd
plene & cum cautela præſtetur hoc iuramen-
tum † per minorem hunc, ſcilicet, quòd non 25
contraueniet ratione minoris ætatis, læſionis
cuiuſcumque, vel beneficij reſtitutionis, neque
ex alià quacumque cauſa minori, vel maiori,
expreſſis, *vt notat Bar. l. 2. col. 5. C. de reſcindenda*
venditione & Couar. in cap. quamuis pactum. 3. par. §.
4. num. 6. & Gutierrez vbi ſuprà, num. 32. & 83. &
Parlador. in dicto num. 28. & latius notatur in gloſ. illa
porrazon, in dict. l. 6. tit. 19. par. 6. vbi ponit for-
mam hanc, & melius ponitur *per leges 58. & 59.*
tit. 18. art. 3. bene tamen verum eſt, quod ſi
minor hic eſſet in contractu tali enormiſſime
læſus, † tunc ſaltem ad cautelam petita relaxa- 26
tione iuramenti poſſet venire contra hanc læ-
ſionem: quæ cum à dolo ipſo procedat, non
cẽſetur per dicta verba hæc læſio enormiſſima,
neque dolus eius excluſus, *vt inquit gloſ. 1. in dict.*
l. 59. & D. Barboſa. in 5. part. l. 1. ff. ſolut. matrim.
num. 52. & 53. & latius Gutierrez in dict. authent.
Sacramenta puberum num. 92. cum ſequent. aliquibus,
& Burg. de Paz conſ. 3. num. 20. & conſ. 28. num. 19.
& Meneſ. l. 2. C. de reſcindenda venditione num. 43.
& 44. ſed vt huic gloſſæ finem imponamus, vi-
dendũ erit an ſit neceſſe hunc minorem iuran-
tem certiorari de beneficio reſtitutionis, † & e- 27
ius remedio tempore quo iurat contractum, &
communior & verior eſt opinio, quòd non eſt
neceſſaria hæc certioratio, *vt per plures relatos per*
Gutierrez vbi ſuprà num. 113. vſque ad 117. vbi nu. 116.
inquit per modum conſilij melius fieri, ſi etiam
in ſcriptura dicat notarius quòd certiorauit mi-
norẽ de beneficio reſtitutionis & quòd nihilo-
minus ei renunciauit, & iurauit.

LEX SEPTIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Priuati & officiales domus regiæ non poſſunt eſſe conductores redditũum regalium.

SVMMARIA.

1 R*Egis priuatus dicitur perſona potens, num. 1.*

IBi, MANDAMOS. Concordat. *l. 1. & per to-*
tum. C. qui ad conductionem lib. 11. vbi DD. nam
priuatus Regis, † potens dicitur, *l. 22. titn. 5.* 1
lib. 3. ſuprà.

LEX OCTAVA.

SVMMARIVM LEGIS.

Redditus Regij non ſunt locandi perſonis Eccleſiaſticis, niſi idoneos laicos fide-iuſſores præſtiterint.

SVMMARIA.

1 C*Lerici ſeculares an poſſint eſſe conductores red-*
dituum Regiorum, & quid ſi ſucceſſerint con-
ductori eorum, nu. 1. & num. 2. an poſſint eſſe fide-
iuſſores? & nu. 3. limitatur.

2 *Clericus ſecularis conductor Gabellarum an poſſit con-*
ueniri coram iudice ſeculari? n. 4. 5. & 6. niſi vt n. 7.

IBi, A CLERIGOS Y PERSONAS ECCLESIA-
STICAS. *l. 2. titn. 12. par. 5.* id de Epiſcopis
& clericis regularibus & de religioſis, di-
ſponebat, ex quo *gloſ. illa verſ. clerigos,* dixit ſecus
eiſe in clericis † ſecularibus, *vt in cap. 1. & cap.* 1
pernenis & c. conſtitutum de fide-iuſſoribus. vbi vide Abb.
& DD. ſed *ex l. 45. tit. 6. par. 1.* idem videtur
diſponi quo ad clericos ſeculares, vt neque con-
ductores neque fide-iuſſores poſſint eſſe red-
dituum regalium, vbi gloſ. *arrendadores,* allegat
ad hoc. *cap. 1. ne cler. vel mo.* dicens, quòd ſi con-
ductori ſucceſſerint benè poſſunt remanere in
conductione: ſed *ex tex. in authentica de Sanctis*

Epiſcopis

13 remanebit † obligatus ſine aliqua ſpe reſtitutio-
nis in tali contractu, ſuper Gabellis & redditi-
bus Regijs facto, dic quòd ſi doloſè id fecit non
reſtituitur contra contractum illum, ſecus alias
*ex textu. l. 2. & 3. C. ſi minor ſe maior. dix. & in. l. 6.
in pri. titu. 19 part. 6.* vbi gloſſ. *engamoſamente,* quæ-
rit an præſumetur in eo dolus vel non, & vide
optime Sforciani in tracta. de reſtitutione in in-
te. quæſt. 24. per totam: & ideo non ſine my-
ſterio dixit lex noſtra quod minor apparens ex
aſpectu non admittatur ad hanc Gabellarum
conductionem: vt ſic, etiam ſi dicat ſe maiorem,
ſi aliud apparet, non admittatur, quòd in arbi-
trio iudicis relinquitur, *ſecundum Girondã de Gabel.
3. part. in pri. nu.* 30. ſed an tutoribus & curatori-
bus minorum licebit has conducere Gabellas,
14 † & dicẽdum eſt quòd non, ſi nondum rationes
tutelæ, vel curæ reddiderunt & perſoluerunt,
& conducentes pœna falſi coërcentur, *l. 1. C. de
tuto. & curato. l. 1. §. tutores. ff. ad leg. Corn. de fal. &
vtrobique per gloſ. & DD. & l. 1. C. ne tut. vel cura. vec.
conduct. not. Peregrinus in tracta. de priuil. fiſci lib. 6. titu.
5. nu. 12. & Gironda, de Gabel. 3. par. in pri. n. 16. & 17.*
vbi hoc intelligit, niſi antea eſſent conducto-
res Gabellarum quam eſſent tutores, quia tunc
excuſabuntur, vt alias dictum remanet *in hac
lege, & titulo, & in nu.* 18. quærit ipſe Gironda, an
excuſabitur à tutela conductor harum Gabella-
15 rum, † & de iure ciuili inquit quod non, ſed ex
cap. 22. & 25. *De los nueuos apuntamientos*, excu-
ſantur.

Ibi, *ſin que primeramente que ſobre aquel contracto que
haze de iure arrendamiento o fiança, no ſe llamara menor
de edad*, Ex ijs verbis colligitur iuramentum hoc
eſſe confirmatorium, ſcilicet, cum quis promit-
tit & iurat contractum, & ſe non venire con-
tra eum ratione minoris ętatis, & tale iuramen-
tum repræſentat illum de minore maiorem, &
16 validat cõtractum aliàs inualidum, ratione † de-
fectus minoris ætatis, *vt habetur ex text. & ibi gloſ.
& omnibus in Authent. ſacramenta puberum. C. ſi ad-
uerſ. vend. & l. 16. in pri. titu. 11. part. 3. & l. 59. tit.
18. ea. par. & lib.* loquens in noſtris terminis
reddituum Regiorum, *tit. fin. par. 6. & Authent. illa
addit. l. 1. illius tit. C. ſi aduerſus ven.* vbi idem vide-
batur diſpoſitum: & vt aduertit ibi Gutierrez,
num. 9. addit ſcilicet, quod lex illa. 1. loqui vide-
tur, cum prædium minoris fuit alienatum cum
decreto prætoris, & inſuper minor iurauit, quia
tunc etiam per viam reſtitutionis, quæ compe-
tebat non facto iuramẽto *ex. l. ſiquidem. C. de præd.
minor*, non poterit venire, & ſic in effectu loqui-
tùr, cum iuramentum minoris huius accedit
contractui valido, licet retractabili per reſtitu-
tionem, ſecus ſi decretum non interueniſſet:
nam tunc eſſet nullus, & contra legem iura-
mento non roboratur, *ex. l. non dubium C. de legibus*:
at vero Authẽt. ſacramenta puberum, hoc addit
17 † quòd etiam ſi contractus ſit nullus, vt quia
non interuenit decretum iudicis, in alienatione
rerum huius minoris, neque præſentia tutoris
aut curatoris, iuramento ſolo confirmetur,
& hoc non ſolum in venditione, verum & in
omni alio contractu à tali minori celebrato,
cum opinione Martini, & citramon. *vt per Gu-
tierrez. ibi numero 11. cum ſequent. pluribus & gloſ. la
poſtura, l. 6. tit. fin. part. 6.* & hanc opinionem
totus mundus obſeruat, *ſecundum Corneum conſ.
72. in pri. volum. 3. quem & alios ad hoc refert Sera-
phin. de Seraphi. in tracta. de priuil. iuramenti priuil.
83. num. 2. & Anton. Gomez. tom. 2. de contra. cap.
14 de reſti. Mino. nu. 18. & D. Barboſa in 5. part. l. 1.
ff. ſolut. matrim. num. 73. cum ſequent. vbi reſpondet. l.
non dubium. C. de leg. in contrarium facienti, & in-
quit Cyn. in illa Authen. & Paul. ibi* quòd multas a-
nimas illa Authent. deducit ad inferos, illorum
ſcilicet, qui inducunt minores ad iurandum,
vt excludant eos à beneficio minoris ætatis,
& multa patrimonia minorum exhauſit, *& ibi
Alberi.* elicit quòd Imperator Henricus ſepti-
mus audiens multas querelas de dicta Authent.
propoſuerat illam corrigere, ſed morte præ-
uentus non fecit: *& Anton. Gomez. ibi num. 20. in
fin.* ampliat eam vt procedat etiam in donatione
† *vt & tenet Ripa. in Reſpon. 158. fol. 105. & Gutier-* 18
*rez. vbi ſupra. num. 118. cum ſequen. aliquibus, & Mo-
lina de primogen. lib. 2. cap. 3. num. 30. & 31. & idem
Gutierrez de iuram. confir. 1. part. cap. 13. num. fin. &
gloſ. la poſtura, in dict. l. 6. tit. 19. part. 6. Burgos de
Paz. conſ. 3. num. 15. cum ſequent. & Suarez. allegatio-
ne 20. & melius in titu. de las arras, verſ. ſed virum
minor*, vbi per ipſos quid erit, ſi enormiter ex
donatione lædatur. Sed an in impubere proxi-
mo pubertati doli capaci iuramentum confir-
met contractum, † & dicitur proximus puber- 19
tati in fœmina nouẽ annorum & dimidij, & in
maſculo decem annorum & dimidij, *vt dixi in
l. 2. nu. 6. titu 10. lib. 8. ſuprà* & in hoc dicen-
dum eſt confirmare, nam ſi eſt doli capax, ita
ſe periurat impubes, ſicut ſi eſſet maior, &
conſequenter ne ſe periuret, ſeruandum eſt iu-
ramentum, attento iure Canonico, *prout com-
muniorem & veriorem hanc teſtantur plures relati per
Gutierrez., in dict. Authen. ſacramenta puberum, nu-
mer. 117. Maior in dict. l. 6. titu. 19. par. 6 & nouiſſi-
mè Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. 4. nu. 48.* licet ex
*illa l. 6. & ex. l. 59. titu. 18. par. 3. & l. 16. tit. 11.
part. 3.* contrarium eſſe tenendum videretur,
tamen ne obſtent, poſſet dici quòd ſecundum
hæc declarari poſſent, licet ego non admitte-
rem talem impuberem doli capacem ad iuran-
dum, neque conſulerem ſufficere ante factum
contractum, ſaltem ob difficultatem probandi
talem doli capacitatem. Sed an iuramentum
hoc † debeat fieri tactis Euangelijs, vel ſuffi- 20
ciet ſi verbo tenus, & dicendum eſt, quòd
ſufficit verbo tantum iurare, & quod in ſcrip-
tura, in qua ſe obligauit, apponatur quòd iurauit
per Deum ſic adimpleturum: neque requiritur
quòd tactis Euangelijs iuret, *vt inquit gloſ. iuraſſe
in dicta. l. 6. titu. 19. par. 6. & Parlador. vbi ſuprà
numero 5. & probatur ex l. 16. titul. 19. part. 2. &
melius ex. l. 59. titulo 18. part. 3.* & ita vtitur quo-
tidie.

Ibi, *Ni ſe dira leſo ni damnificado ni pedira reſtitu-
cion*. Videntur verba hæc ſuperflua, nam ſi
minor iurat ſe ratione minoris ætatis non con-
trauenturum, & iuramentum validat con-
tractum, non eſt neceſſe hæc verba apponere,
& præſertim illa, *ni pedira reſtitucion*. Nam iu-
ramentum excludit reſtitutionem, vt dictum
eſt, item & habet vim ſpecialis expreſſionis, &
generalis expreſſio ex vi iuramenti idem ope-
ratur, ac ſi in ſpecie omnia expreſſa fuiſſent,
quæ

*Antonius Gomez. tom. 2. varia. cap. 14. num. 1. cum ſe-
quen. pluribus: qua ex legibus. 3. cum ſequen. tit. 19. par. 6.
etiam probatur: & per Sforciam de in integ. reſt. quaſt.
85. per totam*, & conſequenter, & à fortiori, ſi mi-
nor fide iubeat reſtituetur aduerſus fide-iuſſio-
4 nem, † nam eo ipſo quod fide iubet perdit & læ-
ſus videtur, & ſic etiam hac de cauſa, in hac no-
ſtra lege prohibetur etiam fide-iubere. Sed an
etiam prohibitus erit eſſe approbatorem, vulgo,
abonador, ſiue ipſe approbet conductoris perſo-
nam & bona, vel fide-iuſſorum per ſcripturam,
vel tanquam teſtis, & dicendum eſt quòd ſic,
5 † quia eadem militat: ratio reſtitui enim poſſunt
minores approbatores & certificatores, quia lo-
co fide-iuſſorũ habentur, in cauſa fiſci, & Regis,
etiam ſi teſtes approbatores tantum ſint, *vt dixi-
mus in. l. 13. tit. 9. lib. 3. nu. 13. ſuprà & Belluga. in
ſpeculo principum rub. 31. nu. 16. cum. 4. ſeq. & Gu-
tierrez. lib. 1. pract. & q. 132. n. 7. q. hoc eſt ſine dubio
in hoc caſu*, licet non principaliter, ſed in ſubſi-
dium, principali & fide-iuſſore approbatis per
eum non ſufficientibus, conueniri poſſit talis
approbator & certificator *ſecundum Rebuſ. 1. tom.
conſt. Fran. att. 1. gloſ. 16. nu.* 45. vbi ita, inquit,
fuiſſe iudicatum, & in terminis noſtris ſic iſta
tenet latins allegans Gironda *de Gabel. 3. par. nu.
21. cum ſeq. approbatoribus*: tamen ijs deficientibus,
tunc ille qui admiſit conductores & fide-iuſſo-
6 res eorum † non idoneos tenebitur, licet legis
diſpoſitioni ſit ſatisfactum, eos etiam non ido-
neos recipiendo, *ex. l. 3. ff. de fide-iuſſor. l. ſi ab arbi-
trio. ff. qui ſatiſdar. cog. Pulchrè Alexand. conſil.* 60.
*conſiderat in volum. 5. & Rebuſ. vbi ſuprà numer. 25. &
ſic inquit Bald. in. l. 1. colum. 1. C. de Epiſ. & cleri. re-
latus per Rebuſ. in dicto numer.* 45. quòd iudices qui
7 recipiunt † malos fide-iuſſores ex hoc obligan-
tur ad intereſſe partis & Reipublicæ, ſi lædan-
tur, ex quo cauti iudices pronuntiant fide-iuſ-
ſiones periculo tabellionum eſſe aſſumendas,
velut dixi *in dict. l.* 13. recipiant hos abonatores,
& approbatores per ſcripturam, vel per teſtes in
cauſis, in quibus remanent obligati ex approba-
tione, *& idem Gutierrez. vbi ſupra*: nam non in om-
nibus cauſis remanent obligati, & ſic in cauſis
vbi non remanebunt obligati, præcipiet iudex
quòd fide-iuſſiones periculo tabellionis capian-
tur. Sed an poterit contra iſtos teſtes approba-
8 tores † executiue procedi? videtur quod ſic,
quia loco fide-iuſſorum ſunt, vt diximus, &
ſicut fide-iuſſor, ita & ipſi poterunt exequi,
9 item quia executiue † pro redditibus fiſci con-
ueniendi ſunt debitores eius, *iuxta. l. iuſta & l.
exactores. C. de exacto. lib.* 10. *& ex l. 14. titul. 21. li-
bro quarto ſuprà, & ex l. 6. titu. 14. lib. 6. ſuprà. qui-
bus ita tenet Gironda in 3. pars. numer.* 33. vbi nos
allegat, dicens ita nos tenuiſſe *in eadem l.* 14.
ſed vt ibi dixi, *& in. l. 6. titul. 14. libro 6. ſuprà*
non ita indiſtinctè id aſſeruimus, ſed tunc de-
mum, cum apparet nulla exceptione legitima
ſe tueri poſſe debitores fiſci pro eius redditibus
ſoluendis, & de debito notoriè conſtat, ſecus
aliàs, nihilominus tamen iam in practica vidi
approbatores teſtes conductoris Gabellarum
eſſe carceratos, & contra eos executiue proceſ-
ſum, hoc modo ſcilicet, quòd executione fa-
cta, bonorum principalis conductoris & eius fi-
de-iuſſorũ & lata in eis ſententia de remanẽte
pro principali decima & expenſis, & dum
in eiuſdem ſententiæ executionem bona per
ſubhaſtationem iudiciariam venduntur, nullus
adfuit qui vellet ea emere, neque extrahere
pro principali, & expenſis, & de hoc conſti-
to citatur teſtis hic, approbator, & certifica-
tor, vt intra talem diem det extractorem, &
emptorem illorum bonorum pro debito, deci-
ma, &c. expenſis: aliter enim quod ipſe, & eo-
rum bona capientur, & vendentur, & lapſo
illo die ſi non dat emptorem, capitur talis ap-
probator, & fit melioratio executionis in eius
bona: & ſic proceditur executiuè contra eum,
cum iam ſit excuſſio facta perſonatum & bo-
norum conductoris, & eius fide-iuſſorum, &
nullum pretium pro eis reperiatur, & conſe-
quenter non ſunt ſoluendo, nec idonea bona
eorum ac ſufficientia pro debito, quaſi non ſuf-
ficiat quòd in proprietate tempore approbatio-
nis valerent dicta bona quantitatem debitam,
nisi etiam tempore † ſolutionis valeant & repe- 10
riatur pro eis quantitas illa, *vt inquit Gironda vbi
ſuprà num. 33. & 34. ex textu. in. l. magiſtratus. C. de
magiſt. conuenien.* vbi dicitur quòd magiſtratus
tenetur in ſubſidium, ſi tutor non fuit ſoluen-
do tempore depoſiti officij, hoc eſt tempore ſo-
lutionis, & finitæ tutelæ: *iuxta gloſ. ibi, ver. ad-
miniſtrationis, & Salice. ibi numer.* 1. Gutierrez ta-
men *in dicta queſt. 132. in fin.* videtur velle quòd
via ordinaria ſit agendum contra iſtos teſtes ap-
probatores, ſed ibi loquitur, quoties eſt du-
bium, an remaneant obligati ex approbatione,
& de ijs certificatoribus meminit conſultus,
*in. l. cum tabernam. ff. de pigner. ſecundum Rebuſ. vbi
ſuprà, nu.* 37. quæ notabis, quia ſic non reperies
congeſta hæc dicta in propoſitum noſtrum.
Sed an cõtra debentem Gabellam rei ſuæ ven-
ditæ per eum poſſit per Gabellarium pro illa
Gabella † executiuè procedi, dic quòd non, 11
ſed via ordinaria agendum licet ſummariè, &
breuiter, *ſecundum tex. l. 1. & ſeq. tit. 7. ſuprà eod.*
niſi adſit confeſſio venditionis, & pretij eius,
vel adſit inſtrumentum venditionis huius,
nam tunc virtute illius inſtrumenti, vel copiæ
eius præſtitæ à Tabellione, coram quo inſtru-
mentum illud fuit confectum, fiet executio iu-
bendo vt ſoluat intra vnum diem ſub execu-
tionis comminatione, & tunc ſi non ſoluit,
fit executio pro Gabella illa, *ita volui Gironda
vbi ſuprà 4. pars. in prin. numer. 6. & 7. & in dict. tit.
7. ſupra eodem etiam diximus*, ſed quod erit reme-
dium dictorum teſtium approbatorum vt non
remaneant obligati? † dic quòd cautum erit 12
ſi tempore depoſitionis proteſtentur ſe nolle
teneri ex approbatione illa, nec remanere o-
bligatos, vel dicat, quòd bona illa tempore
illo, quo deponit in proprietate eſtimata va-
lent tot nummos, ſed quòd ſi tempore ſolu-
tionis valebunt, & reperietur, qui ea emat,
vel det pretium illud, hoc neſcit, neque ſcire
poteſt. Sed an in caſu in quo minor hic ad-
mittatur ad locationem Gabellarum, vel in fi-
de-iuſſorem conductoris earum, valebit loca-
tio & eius obligatio, vel fide-iuſſio, alibi dixi
in hac lege. n. 1. & quid ſi minor 25. annorum, ma-
jor tamen? 14. nam de hoc loquitur noſter text.
dicat & aſſerat ſe maiorem an obligabitur &
remanebit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LEX QVINTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Perſonæ hic contentæ neque fide-iuſſores eſſe poſſunt conducentium redditus Regios.

IBi, Qve no pvedan ser ni sean fiadores, ad ampliationem legis præcedentis & ſimilium, ſed an idem erit in alijs perſonis prohibitis in lege præcedente non hic expreſſis? crederem quòd ſic, quia militant eædem rationes, & quia ex. *l. 3. tit. 5. lib. 7.* idem in alijs prohibitis in lege præcedente & ſimilibus diſponitur.

LEX SEXTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Nullus qui ex aſpectu minor. 25. Annorum appareat, non recipiatur in conductorem redditum Regiorum neque in fide-iuſſorem conductorum ipſorum, niſi cum iuramento adhibito ſecundum formam in lege noſtra diſpoſitam, & tabellio, De rentas, non aliter recipiat obligationem ſub pœnæ decem mille marapetinorum cameræ Regiæ applicandorum, & quid ſi per mandatum, quis ſe obligauerit, quid debet continere mandatum, declarat lex noſtra in finali eius verſ.

SVMMARIA.

1 *Conductio Gabellarum à minore facta abſque iuramento an valeat, nu. 1. & nu. 2. ampliatur etiam ſi ex aſpectu appareat minor.*

2 *Minor. 25. annorum maior tamen quatuordecim licet contrahere poßit, tamen ſi lædatur, reſtituitur, numero 3.*

3 *Minor fide-iubens perdere dicitur & ſic reſtituitur aduerſus fide-iuſſionem, numero 4.*

4 *Minor an poßit eſſe approbator vulgo* Abonador. *numero 5.*

5 *Admittens fide-iuſſores non idoneos tenetur ſi approbatores non adhibuit in regijs redditibus, num. 6. & 7. vbi idem quoad Remp.*

6 *Executiuè an poßit procedi contra teſtes approbatores, nu. 8. & 9.*

7 *Executiue fiſci debitores conueniuntur, num. 9.*

8 *Bona non ſufficit quòd tẽpore approbationis in proprietate valeant debiti æſtimationem, niſi etiam tempore ſolutionis valeant & reperiatur emptor eorum, num. 10.*

9 *Executiue an poßit procedi contra debitorem Gabellæ, numero 11.*

10 *Teſtes approbatorij quod remedium habebunt vt non remaneant obligati, numero 12.*

11 *Minor aſſerens maiorem an obligetur ita vt reſtitui non poßit, numero 13.*

12 *Tutores & curatores minorum an poßint Gabellas conducere numero 14.*

13 *Conductor Gabellarum an excuſetur à tutela, num. 15.*

14 *Iuramentum minoris validat contractum ratione defectus minoris ætatis, num. 16 & 17. vbi in omni contractu procedit etiam in donatione, num. 18.*

15 *Iuramentum an confirmet contractum impuberis doli capacis, num. 19.*

16 *Iuramentum minoris an debeat fieri tactis Euangelijs, vel ſufficiet verbo tantum iurare, num 20.*

17 *Iuramentum habet vim ſpecialis expreßionis, numero 21. & quòd valeat contractus vt melius valere poteſt, ibidem.*

18 *Iuramentum confirmatorium an tollat beneficium reſtitutionis difficultatur inter aliquos, num. 22.*

19 *Renuntiatio minoris ætatis non ſufficit, vbi contractus ex alia cauſa quam minoris ætatis eſſet nullus, neque eſt cruſ ndum renuntiatum remedio læſionis vltra dimidiam, numero 23. & 24.*

20 *Lex. 16. titu. 11. part. 3. declaratur in dicto, nu. 24.*

21 *Iuramentum minoris in contractu adhibitum debet cautè accipi & præſtari, vt numer. 25. & numer. 26. in enormißima læſione non ſufficere hoc iuramentum aſſeritur.*

22 *Minorem iurantem contractum an ſit neceſſe de beneficio reſtitutionis certiorari, num. 27.*

IBi, No sea recebido, Sed quid ſi de fa-
cto recipiatur abſque noſtri tex. iuramento
valebit ne contractus † & Minchaca *de ſuc-* 1
ceßionum creat. libro ſecundo. §. 14. numero 115. in-
quit nõ valere, tum quia lex noſtra prohibitoria
eſt, tum etiam quia minor nõ remanet efficaci-
ter obligatus abſque iuramẽto, & licet pœnã ap-
ponat tabellioni non ideo tollit prohibitionẽ.

Ibi, *Por arrendador mayor ni menor*, ne aliquem forſan tyronem verba hæc fallant, in ijs verbis, *Mayor y menor*, non eſt intelligendum loqui legiſlatorem de perſona maiori vel minori, ſed de locatione & conductione redditũum Regiorum pro minori vel pro maiori facta: itaque neq; *por mayor ni por menor*, nullus qui ex aſpectu minor. 25. annorum videatur poſſit eſſe conductor dictorum redditũum, niſi ſeruata legis noſtræ forma.

Ibi, *El que pareſciere por ſu aſpecto o fuere en duda
que es menor de edad de veynte y cinco años*, hæc eſt
principales noſtri textus diſpoſitio, ſcilicet, quòd
minor. 25. annorum, etiam ſi ex aſpectu colliga-
tur eſſe minorem, non eſt admittendus † in con- 2
ductorem reddituum regalium neque in fide-
iuſſorem conductoris, *prout eſt text. expreſſus in. l.
in fraudem §. minoribus. ff de iure fiſ.* eò quod ſi ſe
obligauerit reſtitui poteſt, ſecundum tex. ibi,
nam licet minor. 25. annorum maior tamen
quatuordecim poſſit contrahere, ſi tamen ex
contractu lædatur reſtituitur † *ex text. in. l. ſi cura-* 3
*torem habens minor. C. de in integr. reſtit. & per totum ibi,
& ff. eodem & cap. conſtitutus de in integr. reſtit l. quinta
tit. 11. part. 5. & in tit. fina. partita 6. ex quo multa infert*

Antonius

non poſſint, officiales enim, quorum præſentia
requiritur per ſtatutum in locationibus Gabel-
11 larum, non poſſunt eas conducere, † *ſecundum
Ang. in Authent. de alie. & emphi. §. œconomus col. 9.
per illum tex.* diſponentem, res Eccleſiæ dandas
eſſe in emphiteuſim præſentibus œconomo &
carthularijs, qui tamen eas accipere non poſ-
ſunt pro ſeipſis, in emphiteuſim, & iſtum tex.
adhoc allegat Ber. *de Gab 3. par. num. 8.* vbi alia
pro hoc conſiderat & facit etiam *tex. in. l. 3. titu.
5. lib. 7. ſuprà* & rationes aſſignat Iaco. Rebuf. *l.
vni. C. quibus ad conducti: lib. 11.* Sed aliæ poſſunt
dari meliores.

Ibi, *otro ſi que los alcaldes y alguaziles*, nam & ij
12 contrahere prohibentur in locis † ſibi ſubditis
*ex. l. qua officij in pri. & l. non licet. ff. de contrah. emptio.
l. 1. de contracti. Iudi. tenet in propoſito Bald. in. l. quiſ-
quis. C. ſi cert. pet. relatus & ſecutus per Bertachi. in
dict. par. 3. num. 10. Auend cap. 12. prat. nu. 13. verſ.
octauum requiſitum, lib. 2. Auiles. cap. 32. prat. verbo
officiales, vbi allegat gloſ. arrendadores, l. 45. titu. 6.
part. 1. quos ſequitur leges noſtras allegans Gironda de
Gabel. 3. part. nume. 4. per tex. in. l. 2. §. 1. ff. de ad-
minis. rer. ad ciuit. pertinen. l. vnic. C. quib. ad condu-
ctio. lib. 11. l ſi quis procurationem. C. de decurio. lib. 10.*

Ibi, *Regidores y jurados. l. 3. tit. 5. li. 7.* ſuprà de
iuratis nihil diſponebat, & ſic de eis etiam pro-
cedunt hæ leges, & ibi dixi idem de deputatis ad
13 videndum bona populorum, † & *ex legibus in gloſ.
precedente allegatis* idem probari poteſt.

Ibi, *Y eſcriuanos de concejos ni eſcriuanos de rentas*,
ſed quid in tabellionibus numeri, qui non ſunt
de concilio, neque de redditibus, & idem dicen-
14 dum iudico, † *ex dict. l 3. titu. 5. lib. 7. ſuprà* quæ
eſt ampliatiua noſtrarum legum in præſenti, vt
in ead. *l. 3 dixi. nu. 1.*

Ibi, *Ni los letrados ni mayordomos de concejo*, quia &
iſti vident bona populorum & ſuper eis conſi-
lium præſtant, & adminiſtrant ea, ſed an ij om-
nes prohibiti conducere redditus Regios pote-
15 runt eſſe fide-iuſſores & *abonadores?* † dic
quòd non *ex dicta. l. 3. titulo 5. libro 7. ſuprà* &
quia militant eædem rationes prohibitio-
nis. Sed an iſti prohibiti poterunt conduce-
re ſi augeant valorem reddituum Regiorum?
16 † & videtur, quod ſic, tum quia ceſſat ratio pro-
hibitionis, ſcilicet diminutio reddituum, ceſſat
etiam timor & metus aliorum, cum iam ipſi
non deterreantur à conductione eò quod nihil
ſupra offerunt, neque offerre intendunt, & ra-
tione ceſſante ceſſat legis diſpoſitio, *ex tex. &
materia in c. cum ceſſante de appel.* & quod videatur
cauſa prohibitiua ne metus vel reſpectus alios
timoratos reddat probatur *ex. l. 7. infra iſto titul.
ibi, por que por temor o verguença no dexen de puxar los
que las quiſieren arrendar*, Ergo ſi hoc ceſſat, ceſſabit
& pœnalis diſpoſitio. Sed ijs non obſtantibus
contrarium eſt tenendum cum *Gironda dict. 3.
part. de Gabel. num. 11. cum ſequent.* eò quòd licet
ceſſet ratio metus & reſpectus, non ceſſant aliæ
rationes, ſcilicet, quòd faciliter tales conducto-
res conueniri non poſſunt in iudicio: item &
quòd potentia ſua debitores iuſtè & iniuſte ve-
xare poterunt & poſſent eſſe graues & moleſti
priuatis, *vt inquit Rebuf. in. l. vni. C. qui ad. eod. lib.
11.* & quia ſecundum eum ibi cum tot officijs,
ſuis ſeruire non poterunt, & quomodo in lege
amplius quam vna ratio verſatur, licet vna ceſ-
ſet, alia non ceſſante non ceſſat eius diſpoſitio,
ſufficitque alteram remanere *ex. §. affinitatis inſtit.
de nup. & ex alijs adductis per Girondam vbi ſuprà. nu. 13.
cum. 3. ſeq.* & hoc eſt ſine dubio. Sed inter legen-
dum ibidem ipſe Gironda *num. 5. 6. & 7.* vult
leges noſtras prohibitiuas intelligere vt proce-
dant, quoties prædicti prohibiti conductores
conductionis tempore habent dicta officia, eo
quòd qualitas excludens vel admittens debet
eſſe tempore actus, *ex. l. 2. C. de excuſatio. tut. &
ex latè per nos dictis in. l. 4. tit. 1. n. 2. lib. 2.* ſecus ve-
ro ſi dum iam eſſent conductores vel arrendà-
tores ſuperuenit officium: nam tunc licet illud
habeant poterunt vti conductione antea habi-
ta, † quia facilior eſt retentio quam acquiſitio 17
vt. *l. fin. ff. vnde lib.* & ſic licet decurio prohibea-
tur conducere redditus Regios, non tamen pro-
hibetur retinere, & ſic iſtam opinionem cum
Auendaño *capit. 12. prat. num. 13. ad fin. lib. 2.* te-
net Gironda, *vbi ſuprà. numer. 7.* quam equidem
opinionem ego procedere poſſe crederem, cum
inuitus hic conductor eligitur, ad officium † de- 18
curionatus vel officij iuſtitiæ vel ad aliud in-
compatibile, ſecus vero ſi ipſe ex ſua voluntate
perquiſiuit & procurauit officium illud, nam
tunc nullo modo crederem procedere opinio-
nem hanc, imo etiamſi inuitus promoueretur
adhuc conſulo vt reclamet, manifeſtans quòd
ipſe eſt conductor reddituum Regiorum, &
quòd non poteſt vtrumque habere, & ſi hac
manifeſtatione facta adhuc compellatur, tunc v-
tique excuſandum cenſeo, à pœnis noſtrarum
legum, & quantumuis ipſe ex nouis punctuatio-
nibus excuſatus ſit acceptare officia concilij &
alia ibidem expreſſa, hoc in fauorem ſuum eſt
introductum, & ideo non debet in eius odium
retorqueri: licet ſi mecum conſilium caperetur,
vtique exploderem officium, vt litium finis am-
putetur, & cupiditas malorum iudicum exclu-
datur, qui ſolent opinionibus debilioribus,
ſuum tamen intereſſe reſpicientibus, adhærere,
& explodunt veriores & vrgentiores, & ſic mo-
leſtant partes & vexant indebite, quare ad effu-
giendas horum malignorum iudicum technas
& calumnias conſilium meum amplecterer,
non vero ex hoc aſſero locum eſſe pœnis no-
ſtrarum legum ſi ſic intellecta dicta opinio
Auen. & ſecuta ſeruaretur, & fiat ſecundum
eius intentum & determinationem. Et poſt hæc
vidi Caſtillo *in politica de gouier. lib. 3. capitulo 4. nu-
mero 39.* ſic tenentem in conductoribus reddi-
tuum Regiorum & *in num. 38.* non idem eſſe aſ-
ſerit in habentibus conductas obligationes pu-
blicas, alias perſonas prohibitas conducere hos
redditus in tribus legibus ſequentibus reperies,
quæ & ſimiles ſunt & ampliatiuè procedunt, &
ex dicta. l. 3 tit. 5 lib 7. ſuprà vbi alia diximus.

Ibi, *Ni otro por ellos*, & ſic licet illud quòd quis
non poteſt habere per ſe, poſſit tamen per alium
ex l qui officij & ex l. non licet. ff. de contra. emptione per
quas ita notat *Iacob. Rebuf. in l. vni. in fi C. quib ad
conduct. libro. 11 in materia noſtri textus*, tamen ex le-
ge noſtra id fieri non poterit ſine pœna, cum hic
per ſe & per alium fieri prohibeatur.

Ibi, *Solas penas cõtenidas en las leyes que ſobre eſto ha-
blã.* De quibus, *& infrà ead. in l. 9. & in. l. 3. t. 5. li. 7 ſup.*

diſpoſitione poſitis neque per perſonas Chriſtianorum facere poſſint, cum aliter verba hæc ſuperflua forent, & ad iſtum verſiculum *pero ei nueſtra merced*, referenda ſunt, qui verſiculus eſt limitatiuus primæ diſpoſitionis noſtræ legis in principio eius poſitæ, vſque ad verſiculum *ſaluo que en las ciudades*, in quo quidem verſiculo nulla etiam mentio fit quòd per Chriſtianos redditus talium ciuitatum & populorum ibidem deſignatorum debeant adminiſtrare, ſed per ſe ipſos id facere poſſunt Iudæi & Mauri, eo quòd ibidem non id prohibetur, prout in hoc verſiculo, *pero ei nueſtra merced*, prohibitum videmus, & ſic vltra iſtum verſiculum, pero, non eſt hoc extendendum, cum limitata cauſa limitatum producat effectum, niſi dixeris, verſiculum hunc, *ſaluo Chriſtianos*, ad omnia præcedentia referri, ſed eſt nimia ſuppletio, & occaſio arguendi legiſlatorem de ſuperfluitate.

LEX QVARTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Perſonæ in lege noſtra contentæ non poſſunt redditus Regios conducere per ſe neque per interpoſitas perſonas, por mayor ni por menor, ſub pœna: & vt melius obſeruetur, imponitur pœna rationatoribus & alijs hic contentis ſibi locantibus.

SVMMARIA.

1 *Locatio regiorum redditũum facta perſonis probibitis non eſt nulla, num.* 1.
2 *Prælati dicuntur qui habent perpetuam dignitatem, numero* 2.
3 *Prælati appellatione venit etiam Eccleſia, num.* 3.
4 *Prælati appellatione venit capitulum ſede vacante, nu.* 4.
5 *Prælati appellatione venit cuſtos fratrum minorum, & quilibet habens adminiſtrationem cum officio perpetuo num.* 45. *& habentes iuriſdictionem: & qui præſunt. num.* 6. *& num.* 7. *idem in plebanis & abbatibus.*
6 *Prælati appellatione propriè & ſtrictè in exemptis venit Papa, in non exemptis Epiſcopi, n* 8. *& illi, qui habent iuriſdictionem.*
7 *Lex noſtra de quibus prælatis intelligatur vel non numero* 9
8 *Perſonis hic prohibitis locatio Regiorum redditũum interdicitur etiam ſi laicos fide-iuſſores præſtiterint, nu.* 10.
9 *Officiales, quorum præſentia requiritur in locationibus Gabellarum non poſſunt eos conducere, nu.* 11.
10 *Officiales iuſtitiæ contrahere prohibentur in locis ſibi ſubditis, nu.* 12.
11 *Deputatis etiam ad videndum bona populorum prohibetur locatio ac conductio Gabellarum, nu.* 13.
12 *Tabellionibus etiam del numero dicta conductio prohibetur, nu.* 14.
13 *Prohibiti conducere redditus Regios an poſſint eſſe fide-iuſſores & approbatores, num.* 15.
14 *Prohibitis ſi augeant valorem Gabellarum an conducere poſſint Gabellas, nu.* 16
15 *Prohibitus conducere Gabellas an ſit prohibitus eas retinere, ſi ante officium prohibitorium eas conductas habebat, num.* 17. *&* 18.

IBi, ORDENAMOS Y MANDAMOS, no. quomodo lex noſtra tantum aſſiſtit non vero
reſiſtit neque annullat, vt ſic intelligas ex
hoc, & quia pœnalis eſt, non eſſe nullam loca-
1 tionem † factam talibus perſonis prohibitis, ſed
quòd pœnis legum puniendi tamen ſint, *vt diximus in l.* 2. *ſupra eod. in fi.*

Ibi, *Perlados*, qui prælati dicuntur quaſi præ
alijs ditati, vel ante lati, & dicuntur prælati qui
2 habent † perpetuam dignitatem, *Innocenti. in ca. de multa de præb. Card. in clemen.* 1. *quæſt.* 1. *de ſuppleud. neglig. prælatorum.* Imo & Eccleſia venit
† appellatione prælati, *vt per Speculatorem in titulo de* 3
inſtrum. §. *edit. o. nũc vero aliqua, verſ. ſed quid erit,* & ſic
capitulum ſede vacante, † *vt per Pauin. de poi. Cap.* 4
ſede v.s. in præfatione. num. item miniſter & cuſtos
fratrum minorum & quilibet habens admini-
ſtrationem cum officio perpetuo † *vt per Card. in* 5
clemen. 1. *quæſt.* 10 *de electione*, & veniunt prælati
appellatione inferiores Epiſcopo habentes iu-
riſdictionem, & qui præſunt, † *vt per Card. in cle-* 6
men. 1. *de conſan. & aff. & Mandoſium, conſilio* 37.
num. 19. & ex lata ſignificatione Sacerdos Par-
rochialium Eccleſiarum, quia præeſt Parrochia-
nis. & Plæbanus poteſt dici prælatus † *vt in ca.*
tua de cleri. agrot. & ſic inquit *Abb. in ca. decernimus*
de iudic. quòd appellatione prælatorum non ſo-
lum veniunt Epiſcopi & Archiepiſcopi ſed e-
tiam Abbates † *vt in cap.* 1. *de ætate & qualit. & in c.* 7
indemnitatibus de elect, in. 6. *& in cap. vt apoſtolicæ de*
priuil. eod. lib. Abb. in cap. cum ab Eccleſiarum prælatis
in pri. de offic. ord. gloſ. prælatum in clem. 1. *de electio.*
Barbati. late in dict. cap decernimus col. 5. proprie ta-
men & ſtricte prælati appellatione in exemptis
venit Papa, & in non exemptis Epiſ. † *ſecundum* 8
Card. in clem. 1. *quæſt.* 34. *poſt. gloſ. de reb. Eccleſ. non*
alie. & illi qui habent iuriſdictionem aliquam
fori contentioſi, *ex dict. c. decernimus. vbi gloſ* &
iſto modo accipitur in præſenti noſtra lege, non
vero de clericis curatis parrochialium Eccleſia-
rum vel alias beneficiatorum iuriſdictionem
non habentium, tum quia lex noſtra fauo-
rabilis eſt, tum etiam quia lex. 8. infrà eod.
de clericis † & perſonis Eccleſiaſticis loquitur, 9
quæ de alijs, quam de dictis prælatis iuriſdictio-
nem habentibus fori contentioſi intelligenda
eſt, aliter enim eſſet noſtræ contraria, & facit
text. in. l. 2. *tit.* 12. *part.* 5 & intellige quòd lex
noſtra indiſtincte ijs prohibet locationem ho-
rum redditũum regiorum, etiamſi fide-iuſſores
laicos † præſtitiſſent, vt ſic etiam hoc modo diſ- 10
ferant ij prælati ab alijs perſonis Eccleſiaſticis,
de quibus loquitur *dict. l.* 8. *infrà eod.*

Ibi, *Perſonas poderoſas*, qui ſint, *in. l.* 2. *ſuprà eod.* diximus.

Ibi, *Ni los nueſtros contadores mayores*, ij enim cum intendant in adminiſtratione & beneficio Regiorum redditũum, nimirum ſi eos conducere

non

IBi, MANDAMOS Y DEFENDEMOS, ex ijs verbis & ex toto hoc titulo, & rubrica eius decerpi poteſt regula generalis permiſſiua,
1 ſcilicet quod licitum eſt cōducere regios † redditus cuilibet perſonæ, quæ à iure expreſſe prohibita non reperitur, *ex. l. præcipimus. C. de app. l. & l. ſancimus C. de teſt.* quilibet enim intelligitur habilis, niſi militet prohibitio contra eum, *ſecundum Bal. in. l. cum virum col. fin. C. de fidei com. vt in propoſitum inquit Bertachi. de Gabel. 3. part. num. 1. & eo tacito Gironda de Gabel. 3. part. num. 1.* adeo vt infames eas conducere poſſint: quia prohibiti non reperiuntur, imo potius expreſſe permiſſi ex lege noſtra, quia ſi lex noſtra prohibet militibus Gabellas locari, ergo illis qui non ſunt permittere videtur quilibet illis ſint *vt ex. l. 2. infrà titul. proximo decerpitur,* item quia *ſi ex l. 3. infra iſto titu.* permittitur Gabellas locari Iudæis & Mauris *de por menor*, à ciuitatibus & populis, qui infames ſunt, ergo non eſt cenſendum prohiberi infamibus locari, nam & exigere redditus hos de iure antiquo infamia reputabatur, *ex Bart. & Platea in. l. humilioribus per text. ibi. C. de ſuſcepto. lib. 10.*

Ibi, *Canalleros*, ſimilis. l. 2. titul. 12. part. 5. vbi decerpes qui ſint iſti.

2 Ibi, *Poderoſos,* qui ſint ij † & qui tales dicantur in materia locationis Gabellarum *ex. l. 4. & 9. iſtiuſmet tituli* declaratur optime quam allegat *Auend. cap. 19. prat. num. 18. verſ. dicitur lib. 1. & cap. 2. num. 13. lib. 2.* & priuatus Regis dicatur etiam potens. *l. 22. titul. 5. lib. 3. ſuprà,* ſed an ſi de facto ijs perſonis vetitis locatio † horum reddituum fiat 3
erit nulla, videtur quòd ſic, *ex diſpoſitione. l. cum lex. ff. de fide iuſ. & l. non dubium. C. de legib.* eo quòd lex noſtra prohibitiua eſt, prout voluit *Mincha. lib. 2. de ſucceſſio creatio. §. 15. num. 12. in impreſſ. Salm. relatus per Laſarte de decim. vend. c. 18. num. 3. qui tandem in num 4. refert eundem Mincha. in eod. lib 2. §. 17. num 70. Venetijs,* contrarium volentem, imo quòd valeat locatio, eo quod lex noſtra pœnalis eſt, & *ex. l. 3. titu. 5. li. 7. ſuprà* pœnis afficiuntur tales cōductores & fide-iuſſores prohibiti, & ſic Rex hac pœna ſe contentat vt *ex dict. l. 3 tenet idem Laſarte vbi ſuprà, num. 14.* & quia lex noſtra non annullat contrariam locationem & ſic valida erit & id clarius *ex. l. 4. infra iſto titulo* deducitur, quæ pœnis ſeſe contentam reddit, & nihil amplius deſiderat, ſed *Gironda de Gabel 3. par. num. 19.* tenet quòd ſit nulla, *per l. fin. C. de reſcindenda venditione,* ſed plus mihi placet quòd valeat locatio, quia illa lex ſi. nihil facit pro ſua opinione, & ſic voluit quòd teneat locatio perſonis prohibitis facta, *gloſ. de los. l. 2. ti. 12. par. 5.*

LEX TERTIA.

SVMMARIVM LEGIS.

Iudæi & Mauri conducere non poſſunt Gabellas neque alios redditus Regios pro minori à factoribus aut recaudatoribus vel conductoribus maioribus per ſe, neque per alias perſonas, niſi tantum à ciuitatibus & populis de por menor ſub noſtræ legis pœnis, & in verſ ponitur, quid ſi por mayor conducant.

SVMMARIA.

1 *Iudæus de iure non poterat conducere Regios redditus, niſi, vt num. 1. & num. 2. vbi declaratur de quibus Iudæis & Mauris intelligatur, & nu. 3. ponitur in hac alia regula limitatiua.*

IBi, NINGVNOS NI ALGVNOS IVDIOS NI MOROS. Hic ponitur generalis noſtræ legis concluſio vſque ad verſiculum *ſaluo,* ſcilicet, quòd Iudæi & Mauri non poſſunt Regios redditus conducere à Rege, neque ab eius factoribus horum reddituum neque à collectoribus vel conductoribus maioribus per ſe neque per interpoſitas perſonas, & in perſonis Iudæorum, quòd non poſſint conducere hos redditus,
1 neque eos colligere, erat diſpoſitum † *ex text. in cap. penult. de Iudæis.* quòd tamen ibi Abb. & DD. volunt. *per text. ibi* id intelligere vt procedat, cum ipſe Iudæus per ſe id debet exercere, ſecus ſi per alium, *vt & per Girondam de Gabel. 3. part. num. 19.* qui per ſuperiorem vendentem vel locantem Gabellas deputetur, qui deputatus Chriſtianus ſit, nam tunc id liceret, & id lex noſtra non denegat, quia ſi Rex ipſe vellet vtique poſſet, ſed ſi non permiſerit, nullo modo Iudæus per ſe neque per alium, neque pro alio id poſſet facere, neque exigere Gabellas, neque eas adminiſtrare neque facere, vt ex contextura noſtræ legis colligitur, vſque ad verſiculum, *ſaluo*, & præſertim attentis verbis finalibus noſtri te. vt in gloſſa fina. notabimus, & idem eſt in Mauris, ex lege noſtra, & intellige de Iudæis & Mauris, qui viuunt † in ſua lege & ſecta, ſecus vero in deſcendentibus ab eis, qui Chriſtiani ſunt: nam de ijs non loquitur lex noſtra, *vt aduertit Laſarte dict. cap. 18. de decim. vend. & tradit etiam Bertachi. de Gabel. 3. part. num. 11.* 2

Ibi, *Saluo,* hic verſ eſt limitatiuus concluſionis noſtri tex. ſcilicet vt in ciuitatibus, villis & populis habentibus iuriſdictionem de per ſe, poſſint Iudæi & Mauri conducere *de por menor*, quoſlibet redditus Regios, dum tamen tales ciuitates, villæ vel populi ſint maioris vicinitatis ducentorum vicinorum, qui quidem vicini ſint de omnibus ſtatis & conditionibus.

Ibi, *pero es nueſtra merced,* hic ponitur alia regula, ſcilicet quòd poſſint Iudæi conducere *de por mayor*, † aliquem ex redditibus Regijs liberum, 3
vulgo, *renta deſembargada,* prout ſunt *ſeruicio y montazgo,* & ſimiles; dum tamen, ipſi Iudæi & Mauri per ſe non adminiſtrent & colligant, ſed per Chriſtianos & perſonas bonæ conſcientiæ cum mādato ipſorum Iudæorum & Maurorum *prout in glo. 1. huius legis diximus.*

Ibi, *Saluo Chriſtianos.* prout in glo. 1. noſtræ legis dictum remanet, & hæc exceptio in hoc caſu firmat regulam in contrarium, vt ſcilicet in caſibus præcedētibus noſtræ legis in prima eius diſpo-

emantur prædia vel cenſus, non poterunt emi extra ci-
uitatem, illam , num. 5. & num. 6. limitatur &
declaratur, & in num. 7. id etiam proſequitur.
5 *Satiſdare promittens ſatisfacit dando fide-iuſſorem ci-*
uem, aut exterum idoneum, tamen eiuſdem prouin-
ciæ, & territorij, nu. 8. & nu. 9. infra ad licentiam
datam vendendi bona maioratus.

IBi, Se pvedan dar de qvalesqvier
partes de nvestros Reynos, ſpecia-
le eſt in ijs fide-iuſſoribus conducentium
regios redditus, vt ex prouincia vbi quis condu-
xit hos redditus poſſit fide-iuſſores præſtare,
1 cum de iure aliud ſit † in fide-iuſſionibus vo-
luntarijs procedentibus à contractu voluntario
in quo quis voluntariè ſe obligauit, & in neceſ-
ſaria fide-iuſſione, is qui eam præſtare tenetur, ſi
non poteſt in illo loco, remittitur ad alium lo-
cum eiuſdem tamen prouinciæ, *vt eſt text. & ibi*
gloſ. & omnes in. l. ſi fide-iuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui
ſatis dar. cog. & ſic colligit ibi Iaſ. num. 9. regulam
quòd magis ſubuenitur ei, qui facit actum ex
2 neceſſitate, † quam facienti ex voluntate: infert
etiam idem Iaſ. *ibidem in num.* 2. per hoc reſpon-
diſſe Alexandrum, *ibidem,* cum aliquis vendidiſ-
ſet domum ſitam Bononiæ, & promiſiſſet pre-
tium conuertere in emptionem prædiorum,
proſecuritate euictionis domus venditæ, poſtea
volebat emere prædia in alio territorio non bo-
3 no, an id poſſet, & reſpondit quòd non, † ex di-
cto *Bart. ibi, & omnium modernorum: teſte Iaſone ibi.*
num. 1. dicentium, quòd qui promittit fide-iuſ-
ſorem intelligitur, de illa ciuitate, & de homi-
4 nibus illius ciuitatis, † & ex ijs ego infero ad li-
centiam & facultatem regiam conceſſam alicui
vt poſſit vendere tales domus, vel talia bona ſui
maioratus, & pretium eorum conuertere in
emptionem aliorum prediorum vel in redditus
Regis vel alterius perſonæ cuiuſlibet, quòd non
5 poterit emere ea extra ciuitatem † illam & po-
pulum illum vbi adſunt bona maioratus, & eſt
noua mea conſideratio, quam vſque adhuc à
nemine vidi conſideratam, ſed in propoſitum
dicti reſponſi Alexandri, idem Iaſ. *vbi ſuprà, num.*
7. & 8. inquit eundem Alexand. *in conſ. 57. ponde-*
ratis verbis teſtamenti Ioan. in colu. 2. ad fin. cum ſe-
quent. vola. 3. reſpondiſſe, quod ſufficit præſtari
fide-iuſſorem in prouincia propinqua, & conſe-
quenter, dicit Iaſ. *in d. num. 8.* conſultationem
primam limitari poſſe, quod ſufficiat quòd præ-
dia empta ex nummis domus venditæ, & pro e-
uictione eius obligata, ſint in alia ciuitate dum-
6 modo non remota † etiam ſi ſit ſub diuerſo
principe, & ſic idem ſit cum ex pecunia facta ex
venditione bonorum maioratus ſunt emenda
prædia vel redditus, vt ſcilicet, poſſint emi in
alia ciuitate, propinqua tamen, & non remota,
etiam ſi ſit ſub diuerſo principe, niſi dixeris, vt
dicit Iaſ. *dict. num.* 8. quòd aliud ſit in fide-iuſ-
ſione in qua promittitur remiſſio ad alium, lo-
cum quando in loco iudicij non inuenitur,
quòd non cadit in emptione prædiorum niſi ar-
gueretur magna difficultas emptionis in illo lo-
co, tandem ipſe Iaſ. ibi contrarium putat tenen-
dum per text. ibi, ſcilicet quòd ſi eſt diuerſæ
prouinciæ, prout ſunt illæ quæ ſunt ſub diuerſis
principibus, nullo modo poſſit fide-iuſſor dari
alterius † diuerſæ prouinciæ, neque itidem poſ- 7
ſint emi prædia in alia diuerſa prouincia, ſed in
illo loco & ciuitate, vel in eadem prouincia non
multum in remoto eius loco poſſint emi, & ſic
inquit *ibi Oroſcius* communem traditionem eſſe,
quòd qui promittit ſatiſdare, ſatisfacit dando fi-
de-iuſſorem aut ciuem, aut exterum, † qui ta- 8
men idoneus ſit, & hoc dum tamen ſit eiuſdem
prouinciæ & eiuſdem territorij in quo conue-
niri poteſt. Ex qua quidem ratione infero ego
ad licentiam conceſſam pro vendendis rebus
aliquibus alicuius maioratus, vt pretium eorum
conuertatur in emptionem aliquorum reddi-
tuum, quod poterunt dicti redditus emi in alia
prouincia, quam illa vbi adderant bona maiora-
tus, ſi idoneus ſit venditor eorum, & ſe ſubmit-
tat iuſtitiæ illius ciuitatis vbi bona maioratus
aderant † cum vendita fuerunt, conſtituendo ibi 9
ſolutionem & renuntiando ſuum forum & do-
micilium, cum ex vi dictæ renuntiationis ſolutio-
nis & ſubmiſſionis attenta noua pragmatica de
las ſubmiſſiones, *poſita ſub l. 20 tit. 21. lib. 4. ſuprà,*
poſſit exequi debitor pro executione redditũ
in loco illo & ciuitate, & peti quòd ibidem ipſe
debitor & bona executata remittantur, deberet
tamen aliquid plus quatuor decim mille mara-
petinorum præſtari pro vnoquoque milliario,
ipſorum redditũum, ratione ſolutionis eorum
ibidem deſtinatæ, pro iuſtificatione ipſius con-
tractus cenſuarij, quæ meæ conſiderationes
ſunt & ideo cum conſideratione reuidendæ:
cum igitur, vt ad propoſitum noſtræ legis deue-
niamus dixerimus, fide-iuſſiones dandas ex con-
tractu voluntario in eodem loco eſſe præſtan-
das, manifeſte colligitur legem noſtram aliud
permittentem ſpecialiter id in locationibus
redditunm regiorum ita diſpoſuiſſe vt ſcilicet
ſufficiat fide-iuſſores eſſe de toto regno ſi idonei
ſunt, niſi in locis Galleciæ, Aſturiæ, & de Viz-
caya † vel niſi redditus ij Gabellarum ſint ali- 10
cuius Domini particularis in locis ſuis, nam
tunc non ſufficiet præſtare fide-iuſſores exte-
ros à prouincia ipſorum Dominorum locan-
tium redditus † ſuos, *vt aduertit Laſarte, de decim.* 11
vend. cap. 18. nu. 19. vbi & num. 18. legem noſtram al-
legat.

LEX SECVNDA.

SVMMARIVM LEGIS.

Potentes perſonæ non poſſunt conducere Gabellas, tertias neque alios redditus regios per ſe neque per interpoſitas perſonas in terris vbi degunt, vel in adiacentibus, & pœna ponitur Regis receptoribus & arrendatoribus aliud facientibus.

SVMMARIA.

1 *Conducere regios redditus quilibet poteſt qui non reperitur expreſſe prohibitus, n. 1. vbi & infamibus id permitti probatur.*

2 *Potentes, vulgò ponderoſos, qui dicantur, num. 2.*

3 *Locatio redditũum regiorum ſi de facto potentibus fiat, an erit nulla, num. 3.*

miſſis ſoluendis conductoribus *de por menor*, conceſſis à conductoribus *de por mayor*, applicabis ad ea declarationem, in *l. 8. precedente in gloſ. pen. ad finem poſitam ex l. fi. tit. 13. infrà eod. lib. & l. 10. infrà eod. etiam de ijs loquitur promiſſis.*

LEX DECIMA-QVARTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Hæc, leges hoc modo. Regi locanti ſuos redditus & itidem conductoribus eorum non competit remedium læſionis, vltra dimidiam iuſti pretij.

SVMMARIA.

1 *Rationes noſtra legis apponuntur, numer. 1.*

2 *Iure gentium licitum ſemper fuit contrahentibus ad inuicem ſe decipere, num. 2. & num. 3. opinio auctoris circa hoc ex lege noſtra & num. 4. proſequitur.*

IBi, POR QVE, rationem deſignat dictio, hæc, *por que*, quare lex noſtra diſpoſita fuit, nè
1 ſcilicet conductores † retrahantur à conducendis redditibus Regijs, & adde, tu, & quia ſic Regi conuenit, tum vt conductores reperiat, tum etiam ne patrimonium fiſci litibus cotidie ſuper hoc vexetur, vt inquit *Laſarte, de decim. vẽd. cap. 18. num. 82. vbi leges noſtras allegat, pro limitatione l. 22. C. de reſcind. vend. & ibi dictorum perſcribentes, & l. 1. titu. 11. lib. 5. ſuprà, de quo & per gloſ. menor, l. 56. tit. 5. part. 5. & Girouda de Gabel. 2. part. §. 1. num. 1. Cum duobus ſequentibus*, & hoc quantum ad locationem horum reddituum Regiorum, de qua & dictæ leges loquebantur, leges hæ noſtræ 14. & 15. procedunt, ſecus quo ad emptionem & veditionem, nam quo ad eam, leges illæ & prouiſio earum, de remedio læſionis vltra dimidiam, in ſuo eſſe remanent, vt aduertit *Laſarte dict. num. 82. in fin.*

In. l. 25. ibi, *coſa juſta es,* hanc iuſtitiam iuſtificat lex præcedens, quæ prius quo ad Regem & eius fiſcum diſpoſuit læſioni vltra dimidiam locum non eſſe, & ſic nimirum, ſi quo ad conductores dictorum reddituum, nunc idem eſſe diſpoſuerit, in hac *l. 15.* idque etiam iuſtificare videtur permiſſionem tacitam ex eis reſultantem decipiendi ſe inuicem contrahentes, cum id conductoribus Rex permittat, dum ſibi auſert liberam agẽdi poteſtatem de dicta læſione, vltra dimidiam, vel vt inquit *Laſarte dict. num. 82.* leges noſtræ præſentes id agunt, vt reiecta iuris ciuilis diſpoſitione, quæ noua fuit, & per Diocletianum Imperatorem inducta, in *dict. l. 2. C. de reſcind. vend.* in terminis iuris gentium: quòd omnium contractuum pater eſt, contractus iſte relinquatur, quo iure licitum ſemper fuit contrahentibus inuicẽ † ſe decipere, *l. item ſi pretio. §. fi. ff. locati, l. in cauſa. §. idem Pomponius, de minoribus. cum notatis per Pinelum l. 2. C. reſcind. vend. 1. par. ca. 1. maximè num. 32.* 2
Ego tamen dico † quòd leges noſtræ non permittunt contrahentibus in locatione horum reddituum Regiorum, ſe vltra dimidiã circumſcribere malicioſè, & cum dolo, ſed quòd ſi caſu, ſine dolo & malicia, id fecerint, permittatur, neque liti locus vllus detur, & quod in dubio dolus, & malicia non præſumatur, niſi probetur, prout eſt regulariter probandus, ſed ſi cum dolo id ageretur & malicioſè, & id probaretur, tunc vtique leges noſtræ non 3
procederent, † ſicut neque licet alicui alium 4
circumſcribere doloſe, etiam intra dimidiam iuſti pretij *ex l. 2. tit. 11. lib. 5. ſuprà:* neque licet colludere in locandis redditibus Regijs & conducendis per aliquos: & hoc credo voluiſſe legiſlatorem noſtrum, ne de iniuſtitia leges has arguamus, ſi permitterent contrahentibus inuicem ſe ſcienter vltra dimidiam lædere, quæ eſt mea noua conſideratio, & conſideranda per lectores ſuo tempore.

TITVLO X. QVALES PERSONAS NO PVEDEN ARRENDAR LAS RENTAS REALES NI SER FIADORES EN ELLAS.

SVperiori titulo dictum eſt, quibus conditionibus redditus Regij locantur, & conducuntur, nunc immediatè ſequitur, iſte noſter, diſponens, quæ perſonæ non poſſunt eos conducere, neque fide-iuſſores conductorum eſſe.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Ex quibus partibus regni, ſint fide-iuſſores conducentium regios redditus capiendi.

SVMMARIA.

1 *Fide-iuſſores conductorum redditnum regiorum in qualibet parte regni dari poſſunt, quòd ſecus in alijs, nu. 1. & nu. 10. & 11. quod ſi ſiut dominorum.*

2 *Actum facienti ex neceſſitate magis ſubuenitur, quam facienti ex voluntate, numer. 2.*

3 *Vendens domum cum conditione, vt ex pretio ematur prædium pro ſecuritate, an poſſit prædium emi in alio territorio, num. 3. & 6.*

4 *Fide-iuſſorem dare promittens, intelligitur quòd ſit de hominibus illius ciuitatis, n. 4. vbi infero ad licentiam conceſſam: vt ex pretio rerum maioratus venditarum emantur*

nem, & itidem iuſtificantur vlterius ex verbis etiam ſequentibus promiſſa & lucra iubentibus ſolui, ſecundum quòd hic, & in lege præcedenti diſponitur & declaratur, & hæc lex ampliatiua eſt præcedentis in eo quod diſponit, vt etiam pro minori pretio poſſit dare redditus ſuos populis in incapitationem, & lex hæc & præcedens loquuntur & procedunt, quoties nomine Regis redditus eius locati extabant & adminiſtrabantur.

LEX OCTAVA.

SVMMARIVM LEGIS.

Quid eſt agendum cum populus aliquis Regium redditum capit in incapitationem, qui quidem redditus conductus erat pro maiori, & ab ipſo conductore pro-minori conductus alteri.

SVMMARIA.

1 *Conductores pro minori dantes alicui partem aliquam, an teneantur de euictione, ſi populus per incapitationem conductionem acceperit, num. 1.*

2 *Locator Gabellarum territorij alicuius qualiter tenebitur de euictione, ſi incerta ſit locatio in toto vel in parte, nu. 2.*

3 *Promiſſa non debentur conductori de por menor à populo, qui in incapitationem redditus Regios habebat à conductore de por mayor, ſi conductor ille de por mayor non habebat liberum recudimentum, nu. 3. & num 4. declaratur & ampliatur.*

IBi, LOS ARRENDADORES DE ELLAS LAS TIENEN HECHAS Y ARRENDADAS POR MENOR. Lex hæc differt à duabus legibus præcedentibus, nam leges duæ præcedentes loquuntur & procedunt quoties redditus Regij alicuius populi nomine Regis ſunt aliquibus locati pro minori, & populus vult à conductore ipſo Regio eos capere in incapitationem, lex vero noſtra octaua procedit & loquitur, quoties à Rege ipſo aliquis conduxit & conductos habebat pro maiori redditus Regios, & ipſe conductor pro minori eos reconductos alteri habebat, tunc enim ſi ab iſto conductore *de por menor* populus redditus eius capit in incapitationem, lex noſtra procedit idque deducit ex ijs verbis, & ex ſequent. ibi, *Y teniende el tal arrendador mayor ſacado recudimiento*; & in finalibus verbis & itidem colligitur, ex diſpoſitione legis fin. tit. 13. infrà iſto lib.

Ibi, *Y ſi el tal concejo no quiſiere eſtar ni paſſar por los tales arrendamientos por menor*, factis intellige à conductore *de por mayor*, vt in gloſ. præcedente diximus, ſed an ſi ij conductores *de por menor*, qui conductos habebant hos Regios redditus dederunt, & conceſſerunt aliquam partem eorum alteri, vel aliam promiſſionem fecerunt, tenebunturnè de euictione vel ad damna, ſi populus
1 hos redditus in incapitationem † ceperit? Dicẽdum eſt quod non, quia ſub hac etiam conditione cenſendum eſt partem alijs conductoribus *de por menor*, conceſſiſſe, & quod res in eodem permanſerint ſtatu, & ſic interim quòd populus eos in incapitationem non capit, & quia non potuit conductor plus iuris transferre quam quòd ipſe habebat *vt in expreſſo tenet glo. in l. 34. tit. 5. par. 5. & Laſarte de decim. vendi. cap. 18. num. 87. vbi num. 86. teligit qualiter tenebitur de euictione*
2 *locans † Gabellas territorij alicuius, ſi aliqua pars eius euincatur.*

Ibi, *Teniendo el tal arrendador mayor ſacado recudimiento deſembargado de las dichas rentas, al tiempo que ſe des otorgo*, Vt intelligas hæc verba, quæ obſcura ſunt, debes intelligere, quòd in eis diſponitur, tunc conductoribus ijs *de por menor* deberi à conductore *de por mayor*, & ſic à populo ſe incapitante *de por mayor*, & capiente redditus, in incapitationem à primo conductore *de por mayor*, à quo ipſe *de por menor* hos redditus cõduxerat, promiſſa eis conceſſa, quoties tempore quo iſte primus *de por mayor*, ea conceſſit habebat recudimentum & libramentum liberum quòd *deſembargado* dicitur, pro adminiſtratione ſuæ conductionis, ſecus ſi illud tunc non habebat, nam tunc nulla promiſſa tenetur ſoluere ipſi conductori † *de por me-* 3
nor, populus, qui à primo conductore *de por mayor*, incapitationem redditus hos capit, imo & id adeo verum eſt, quod ſi pro vno anno conductor ille *de por mayor*, habebat recudimentum tempore quo conductori *de por menor*, promiſſa conceſſerat, & non pro alijs annis ſuæ conductionis, tunc pro illo anno † tantum populus in- 4
capitatus debebit promiſſa, non vero pro alijs, de quibus conductor is *de por mayor*, non habebat recudimentum liberum tempore dictæ conceſſionis promiſſorum conductori *de por menor*, conceſſorum, vt apparet diſpoſitum, in *dict. l. fin. tit. 13. infra eod.* quæ noſtram in hoc declarat, quæ omnino videnda eſt pro horum declaratione, & pro declaratione legis ſequentis, quæ de ijs etiam loquitur promiſſis. Et nota quod ideo lex noſtra hic expreſſit de promiſſis ſoluendis, quando populus ſe incapitans non vult ſtare locationibus factis *de por menor*, & non expreſſit, idem ſi eis vult ſtare, quia clarum eſt, quòd in caſu in quo pro eis vult ſtare, ſtat etiam & pro promiſſis, ſed quia dubium erat an idem eſſet ſi nollet ſtare dictis locationibus, ideo in hoc ſecundo caſu lex noſtra expreſſit promiſſa ſoluenda & non in primo, cum ſtare populus volebat pro talibus locationibus, quia id clarum erat eſſe ſoluenda promiſſa, & cum in caſu dubio lex noſtra id expreſſit, in claro idem diſpoſuiſſe cenſendum eſt, & qualiter promiſſa ſunt concedenda in locationibus horum regiorum redditųum, *ex pluribus legibus dicti tituli 13. infrà eodem decerpes.*

Ibi, *Y mas le pague las coſtas*, nihil lex noſtra diſponit de lucro prout diſponit lex 6. ſuprà eod. ibi, *y tuuiere en ellas intereſſe conoſcido*, & ſic in hoc differt noſtra lex ab illa.

De lege 9. ſequente, quæ de ijs etiam promiſſis

4 aſſeruimus principem peccare † iniuſte tertio
ius quæſitum tollendo, de quo & diximus *in l. 1.
tit. 1. li. 4. ſuprà & in. l. 1. & ſeq. ti. de las prouiſiones
eod. li. 4.* conductores tamen ij habent ius quæſi-
tum ex conceſſione promiſſorum à Rege &
eius adminiſtratoribus facta: ergo per conceſ-
ſionem ipſius Regis cuilibet factam populo vt
poſſit ſe incapitare in dictis redditibus & Ga-
bellis, non eſt cenſendum velle præiudicare
promiſſis ijs, & conductores in eis damnificare,
5 nam & damnum eſt lucra quæſita † amittere,
ſecundum *gloſ. & Bar. in. l. 1. §. ſi quis autem propter
ff. de itin. actuq; priuat. Alex. poſt alios in l. non amplius
§. fin. de leg. 1. Iaſ. in l. cum quis. col. 2. C. de iur. &
fact. ign. relatos per Peregri. in tracta. de iur. fiſ. lib. 1.
ſub tit. habentes iura fiſci. nu. 35. pag. 42.* & ideo vt
litibus cauſa non daretur ex conceſſione inca-
pitationis populorum ſi deberent necne, populi
promiſſa: hæc ſoluere expreſſit lex noſtra vt
6 ſoluenda ſint, & promiſſum quid ſit, † dic quòd
eſt allectio ad emptionem rei alicuius per do-
minum eius facta: veluti ſi centum tibi dedero
vt rem meam emas mille aureis, idque cõcede-
7 re etiam in rebus fiſci, licet † *ex. text. noſtro & ex.
l. 8. infrà eod. & clarius ex l. 6. tit. 13. infrà iſto lib.* &
8 in rebus minoris, aut reip. idem eſt, † vt apparet
ex Auiles c. 32. præt. verb. Pujar. n. fi. & an in com-
putatione ſolutionis Gabellæ ſint deducenda
9 hæc promiſſa, † latè tractat *Laſarte, de decim. ven.
c. 16. n. 4. cum ſeq. pluribus*: vbi concludit quòd
non eſt excludendum promiſſum à ſolutione
Gabellæ, ſed quod ex eo ſicut ex alio pretio de-
bebitur Gabella, & faciunt dicta per nos in. *l. 9.
tit. 11. n. 21. li. 5. ſuprà*, nihilominus tamen in
hac quæſ. maturius penſitando teneo opinio-
nem *Parladorij*, veram eſſe contra *Laſarte*, ſcilicet,
quòd ex promiſſis conceſſis in venditione rei
alicuius non debebitur Gabella, ſed tantum ex
pretio illo, quòd venditor recipit: idque clarum
eſt, nam venditori nihil ex dicto promiſſo da-
tur, neque ſoluitur, & ſic nulla ex eo Gabella
debetur: item quia promiſſum hoc allicit emp-
torem ad plus pretij dandum pro re vendita, id-
que reſultat in commodum Gabellarij, & cum
commodum percipiat & onus debet ſentire, nè
ex promiſſo Gabella ſoluatur, item quia in effe-
ctu licet vendatur res in quinquaginta, cum de-
cem *de prometido*, venditor nihil aliud percipit
quam. 40. & illa alia decem reputantur onus:
ergo de onere non debet venditor Gabellam
ſoluere, neque debet pari damnum, ex eo quòd
in fauorem Gabellarij fit, alliciendo emptorem
ad plus dandum, præmio dicti promiſſi, & ſic
nunquam vidi de ijs promiſſis Gabellam peti,
neque dari, ſed tantum, de illo pretio quod re-
manet pænes emptorem. Neque obſtat *l. 6. ti. 13.
li. iſto infrà*, in qua facit maximum fundamentum
Laſarte pro ſua opinione, nam vltra quod ei reſ-
pondet *Parlado vbi ſuprà* melius reſpondiſſet, non
ſolum legem illam non eſſe contrariam ipſius
Parladorij opinioni, ſed eam probare & pro ea fa-
cere, tum quia ex eo quod lex illa expreſſit in
caſu eius promiſſa contineri cum pretio princi-
pali: ergo in omnibus alijs caſibus, vbi id non eſt
expreſſum, contrarium erit dicendum, nam ſi id
de iure eſſet, non vtique lex illa hoc expreſſiſ-
ſet, & ab expreſſione verborum & legis, valet
argumentum, nam à verbis legis arguimus, quia
ſic loquitur † & à quibus non eſt regulariter re- 10
cedendum *l. non aliter de leg. 3. l. ille aut ille. §. cum
in verbis. ff. eodem. l. 1. §. ſi is qui nauim. ff. de exercito.*
Tum etiam quia lex illa 6. ideo comprehendi
promiſſa in pretio diſpoſuit, quia reſultat in Re-
gis fauorem, vt maior debeat eſſe, *la puja del quar-
to*, quam eſſet ſi promiſſa non eſſent imputanda
in pretio, & ab hoc quòd in fauorem alicuius eſt
introductum, non debemus ſumere argumen-
tum quo ad alia, neque eſt in conſequentiam
trahendum. *l. quòd in fauorem. C. de legibus, & l. ius
ſingulare. & l. quod vero contra. ff. de legi. c. preſenti. §.
loco. de preb. in. 6.* item etiam id reſultat in com-
modum conductoris nè ita faciliter homines
moueantur ad faciendam, *la puja del quarto*, in pri-
mi conductoris nocumentum, tum etiam quia
multum differunt, comprehendi promiſſa in
pretio pro attendenda, *la puja del quarto*, vel an
quòd debeatur nec ne, ex promiſſis ijs in vendi-
tione bonorum appoſitis Gabella: item quia in
practica nunquam vidimus ex promiſſis ſolui
Gabellam, ſed totum contrarium, & experien-
tia quæ ex practica deducitur multum eſt at-
tendenda, & à more ruſticorum ſenum ſumen-
dum eſt argumentum, quo vſus eſt *iuriſ. conſ. in l.
Sichorus de leg. 3.* & cum a ſenioribus acceptum
habeamus, vt teſtatur, *Laſarte vbi ſuprà num. fin.* &
nos vidimus & audiuimus, ex promiſſis non
ſolui Gabellam, id ſequendum eſt, præſertim in
re odioſa, vt eſt Gabellæ ſolutio, & ſic quamuis
in l. 9. tit. 11. num. 21. lib. 5. ſuprà, ſuccinte tranſierim
contra opinionem Parladorij, nunc maturius
conſiderando, cum eo teneo in hac Gabella-
rum materia, alia de promiſſis, vide per *Auenda.
cap. 12. præt. num. 12. lib. 2. & Franc. Lucam in tra-
cta. de fiſco. 4. part. relatos per Parlado dict. capit. 3.
§. 7. num. 13. in nouis.* ſed cum populus non capit
redditus ſuos in capitationem, ſed adſunt plures
conductores vnus poſt alium: quomodo debent 11
† promiſſa ſolui, vide *tex. l. 25. tit. 13. infra eod.*

LEX SEPTIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Rex poteſt in incapitationem redditus ſuos pro eodem pretio pro quo conducti ſunt dare, ſiue pro minori, in ampliationem dictorum, in lege præcedente.

SVMMARIA.

1 ***Rex poteſt pro eodem, ſiue pro minori pretio, redditus ſuos dare populis in incapitationem, num. 1.***

Ibi, CON TANTO. Iuſtificant hæc verba diſ-
poſitionem legis noſtræ & præcedentis, ali-
ter enim poſſet conductor remanere in
damno, & præiudicium ei fieri videretur ſi pro
minori † pretio darentur populis in incapitatio- 1
nem,

conuétum cenſetur cum cōductoribus Gabel-
larum: cum hæc ſit vna ex conditionibus gene-
ralibus locationum earum, vt inquit *Laſarte d.
c. 18. nu. 83. vltra rationes traditas per Auen. reſp. 34.
nu. & Min. cha. de ſucceſ. creatio. li. 1. §. 10. n. 25. verſ.
Ad hac. in impreſſione Salmantina*; ſed ego credo id
eſſe quia lege noſtra ſic ſtatutum eſt, ſicut & le-
gibus noſtris ſtatuitur nè cōductor Gabellarũ
ceſſionis remedio vti poſſit neque in eis habeat
locum deceptio vltrá dimidiam. Cumque pen-
ſio non ſit remittenda ob ſterilitatem conducto-
ribus Gabellarum, ſic neq; Penſio augeri debet
ob vbertatem ex caſu fortuito prouenientem, vt
inquit *Laſarte d. n. 84. & n. 85. infert ex hoc ad decla-
rationem l. 1. ti. 22. ver. Y como quier, infrà eod. & n.
16. infrà eod.* & caſus fortuitus quis † dicatur & 27
qui ſint caſus fortuiti vide per *Seraphi. de Serap.
in d. prin. 106. nu. 2. & 3.*

LEX QVINTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Ceſſionis remedium non datur Conductoribus Gabellarum, neque Fide-iuſſoribus aut approbatoribus eorum.

SVMMARIA.

1 *Ceſſio bonorum non competit debitoribus fiſci neque excuſat eos niſi vbi paupertas excuſaret, nu. 1. licet regulariter aliud ſit, nu. 2.*
2 *Minori an cōpetat ceſſionis remedium, nu. 3. remiſsiuè.*
3 *Lex noſtra ſaluatur à ſuperfluitatis vitio, num. 4.*

IBi, No PVEDAN HAZER NI HAGAN LA
DICHA CESSION DE BIENES, Idē de iure
cōmuni fauore Fiſci erat diſpoſitũ, vt ſcilicet
debitoribus Fiſci non cōpeteret beneficiũ hoc
ceſſionis bonorũ, & nō liberetur cedēdo bonis
1 niſi eo caſu, quo paupertas † excuſat, ex *l. qui pro-
pter, vbi DD. C. qui bon. ced. poſ. Bart. l. 2. §. 1. n. 2. ff. de
ceſſio. bon. & Baeza de debit. in ope. c. 13. n. 16. quos, & a-
lios allegat & ſequitur Girouda de Gabel. 4 par. §. 1. n. 35.
& Peregrinus in tract. de priuil. fiſci lib. 6. tit. 7. n. 37. &
Iaſ. in §. fi. num. 14. Inſti. de actio. vbi in nu. 10.* conſti-
tuit regulam quòd cuilibet debitori eſt licitum
cedere bonis, ſiue maſculo, ſiue fœminæ † ſiue 2
patri, ſiuè filio fami, ſiue vniuerſitati, vt ibi per
*Iaſ. dict. n. 11. vbi à n. 12. vſque ad 23. id limitat pluri-
bus modis & in dict. n. 14.* ponit dictam limitatio-
nem in fauorem fiſci, quòd per legem noſtram
approbatum videmus: ſed an minori competat
† hoc beneficium ibi *n. 11. remiſsiuè tractat ipſe Iaſ.* 3
ſed cum de iure id eſſet, non erat neceſſe legem
noſtram id diſponere, ſed dic quod neceſſe fuit, † 4
nam cum conditiones generales locationum
Gabellarũ appoſuerit Legiſlator in noſtro titu-
lo, ſi hanc non appoſuiſſet, poſſet dici nolle ca
vti, ideo conueniens & neceſſarium fuit eam
apponere & declarare.

Ibi, *Y iuren de la no hazer.* Hic eſt caſus addendus
ad caſus relatos per *tex. in. l. 12. t. 1. lib. 4. ſuprà*
vbi licet ſcripturas iurare.

LEX SEXTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Locatis quibuſlibet redditibus poſſunt populi vbi redditus illi conſtituti ſunt & qui ſolent ſe capitare, vulgo encabeçar; redditus illos capere in capitationem, debent tamen ſolui conductoribus promiſſa, & alia ſecundum legis noſtræ tenorem.

SVMMARIA.

1 *Populus quilibet poteſt ſe in-capitare in redditibus Regijs ibidem percipiendis, num 1.*
2 *Intellectus legis noſtræ, num. 2.*
3 *Princeps nunquam vult iuri alicuius præiudicare, n. 3. aliter enim peccaret, nu. 4.*
4 *Damnum eſt lucra quaſita amittere, nu. 5.*
5 *Promiſſum quid ſit, nu. 6.*
6 *Promiſſa etiam in rebus fiſci licet concedere, nu. 7. & num 8. idem in rebus minoris, & ciuitatis.*
7 *Promiſſa an ſint deducenda in computatione ſolutionis Gabellæ, num. 9.*
8 *Argumentum à verbis legis ſumitur, n. 10.*
9 *Promiſſa quomodo ſoluenda ſunt cum plures adſunt conductores, nu. 11.*

IBi, POR HAZER MERCED, Et ſic gratioſè
hoc conceſſum eſt & in beneficium popu-
lorum, & pro conditione regiorum red-
dituum, vt ſic conductores eorum conqueri
ſe non poſſint, cum id per contractum promit-
tant, in executionem noſtræ legis & conditionis
in ea appoſitæ, ita vt ex ea populi poſſint † ſeſe in 1
capitare in eis ſi voluerint, non obſtantibus lo-
cationibus de eis factis.

Ibi, *Y intendoſe a encabeçar algun lugar.* Ex ijs ver-
bis colligitur legem noſtram loqui, quoties po-
pulus aliquis vult ſe † in-capitare in redditibus 2
Regijs *por via de pormenor*, vt ſic differat à *lege 8. in-
frà eod.* quæ loquitur cum *de por mayor*, vt ex ijs
verbis patet & ex verbis *dict. l. 8. infrà eod. & ex l.
fi. tit. 13. infrà eod. lib.* & procedit cum iſte condu-
ctor *de por menor*, habebat eas ſubhaſtatas, vulgo
rematadas, de omni ſubhaſtatione, & ſic *do todo re-
mate*.

Ibi, *Ayan de gozar y gozen de qualeſquier prometidos,
que les fueren otorgados de primeras o poſtreras poſturas en
los años de ſus arrendamientos.* Aliter enim damnifi-
carentur dicti conductores in amiſſione dicto-
rum promiſſorum eis conceſſorum, quod eſſet
iniuſtum, & contra ius, nam princeps nunquam
vult † iuri alicuius præiudicare, neque cenſen- 3
dum eſt præiudicaſſe, ex dictis per nos latè *in l. 14.
tit. 3. lib. 1. ſup. n. 37. cum pluribus ſequent. vbi num. 38.*
aſſeruimus

Digitized by Google

riculum incidat in illud, nam tunc non tenebi-
tur de illo, quod intelligit *Ripa vbi ſuprà. n.89.* vt
iſta reſtrictio differat a præcedente, etiam ſi fa-
ctum aduerſarij ſit iuſtum & à culpa remotum
13 † putà, ſi locator iuſtè bellum mouet, vel ei mo-
uetur iniuſte, cuius belli occaſione conductor
damnũ patitur, huius certè damni habẽda eſt ra-
tio etiam quòd conductor perceptionem cõdu-
xerit & *Ripa, vbi ſuprà ab illo n.89. vſque ab 95.* plura
ſimilia adducit de iniuriato ab alio, ob culpam
14 vel factum alterius tertij, vt tertius † ille tenea-
tur de damno & *D.Barboſa. l. ſi ab hoſtibus. §.ſi. n.5.
ad ſi. ff. ſolut. matri.* quòd quidem præuidens lex
noſtra etiam dixit quòd quamuis caſus fortui-
tus ſuccedat ob factum Regis & bellum ab eo
motum, nulla conductori ſit remiſſio facienda,
vt apparet ex illis verbis noſtræ legis, *Y aunque ſe
mueuan y comiençen. por nueſtra parte.* Vlterius limi-
tatur & reſtringitur quoties locator poteſt ca-
ſum occurſum amouere & non vellet, tunc e-
nim conductor ſuſcipiens in ſe periculum non
15 tenebitur de caſu illo, † *l. ſi fundus. ff. locati, per
quem ita decidit Bald. in. l. ea lege. C. de vſur. Corn. col.
12. licet diffuſè lib. 4. Rom Conſ. 178. relati per Ripa vbi
ſupra nu.96.* & ſic lex noſtra hæc conſiderans po-
ſuit dicta verba *Aunque ſe comiencen por nueſtra parte,*
finaliter reſtringitur niſi caſus eſſet inſolitus
16 † nam tunc non tenebitur cõductor qui ſuſcepit
in ſe omne periculum vt infrà dicemus *in gloſ.
Ouo penſada.* vbi & quid ſi caſui inſolito renun-
ciet, & quid ſi vẽdita Gabella ſuperueniat mul-
titudo hominum ob quod augetur an augmen-
tum pertineat venditori, *vide Deci. con. 4 per totum,
& vide. l. 22. in fine tit. 8. par. 6. & Magiſt. Lopez in 1.
part. ſui inſtruct conſcien pag. 48. & Pinel. numero 34.
in. l. 2. C. de reſ. vendi. 1. parte pagin. 125. & in fin.
huius legis repeto. & tradit Menoch. in conſi. 34. nu-
mer. 7. volum. 1. & conſil. 201. num. 150. & 155. vo-
lu. 3.*

Ibi, *mayor,* qui talis dicatur in glo. præcedente
diximus arbitrio iudicis relinqui.

Ibi, *O no penſada*, renuntiatio enim caſuum
17 fortuitorum † ad incogitatum non extenditur
prout eſt caſus inſolitus accidere, nam illum
non cenſetur quis renuntiare, quia nẽ cogitaſſe
18 de eo videtur, & ſic de ſiccitate † inſolita, vt
conſuluit *Alexandr. conſilio, viſis & accuratè ponde-
ratis, dubio. 2. lib. 1.* vbi ampliat etiam ſi interue-
19 nerit iuramentum † quòd quidem vltra con-
ſenſum non operatur, vt & tenet *Gutierrez de
Iuramen. confirm. 1. par. cap. 24. num. 12. & Serap.
vbi ſuprà nu. 10 verſ. huiuſmodi & nu. 16. & Alberi. de
roſat. in. l. fiſtulas §. frumenta. ff. de contra. emptione.*
infert ad ſtatutum Paduæ diſponens, quòd villa
teneatur ad emendationem damni dati ex in-
20 cendio, quòd ſi fulgur de cœlo cadat † propter
quòd ignis inſolitus exoriatur dixit villani
non teneri per illum. §. *frumenta,* ſic & ſi flumen
mutauerit alueum non tenetur conductor qui
21 ſuſcepit † in ſe caſus fortuitos, quia de tali caſu
non videtur cogitatum ſecundum *Fulgoſ. conſ.
183 factum ſuper quo conſilium petitur dubio. ſi.* emenſ-
que frumentum ad recredentiam pretio quo
valuèrit de menſe Maij nõ tenetur ad ſummam
22 † immoderatã ſi eueniat careſtia inſolita vt per
*Iaſon. in. l. ſed ſi quis. §. quæſitum. ff ſi quis cautio. & ſic
per tex. in dicto. §. frumenta tenent Bart. & commu-
niter omnes, in eo. § quæſitum,* ſuſcipientem in ſe
omne periculum, & caſum fortuitum, non
teneri ſi inſolitus † accidat caſus, quam com- 23
munem teſtatur *Ripa in dict. 2. part de peſte ſub.
titu. de priuileg. cauſ. peſt. numer. 97. & 99. & Pi-
nelus, in dicta. l. 2. C. de reſcindenda venditione. 1.
part. numero 29. cum ſequentibus aliquibus etiam ſi
Bald. & alij contra teneant ibi. numer. 98. relati per
ipſum Ripam, qui tandem in numero 99. ex Corneo
conſilio. 12. libro 3. concordat vt opinio Bart. & com-
munis* procedat quoties talis caſus inſolitus in
genere nec ſpecie præuideri potuit, vt quia
in imaginatione ſuſcipientis caſum cadere non
poterat, Baldi vero & ſequacium procedat o-
pinio quoties caſus hic inſolitus præuideri in
ſpecie non poterat, in genere potuit præui-
deri & præcogitari veriſimiliter, & hanc op-
timam concordiam dicit *Ripa n. 99. &. Seraph.
in tracta. de priuileg. iuram. priuileg* 106. *nu.* 5.
*& Menochi. de arbit. caſu. 80. nu. 6. contra Crauetam
conſ. 294. colu. pen. verſ. octauo dico, male diſſen-
tientem à Corneo* cum ratione naturali fundetur
hæc Cornei diſtinctio, non enim dici poteſt
cogitatum, quòd euenit nunquam, vel ſi eue-
nit miraculoſe, & præter omnium opinionem
eueniſſe dicitur, ſed quærit *Ripa vbi ſupra n.* 101.
quis hic caſus † inſolitus dicatur vt cogitatum 24
de eo minime præſumatur, & in hoc *Menoc.
vbi ſuprà à nu. 7.* ſex recitauit opiniones & tan-
dem concludit cum *Ripa vbi ſuprà n.* 104. id re-
linqui arbitrio iudicis, qui conſideratis quali-
tatibus & circumſtantijs caſus fortuiti eum ſo-
litum vel inſolitum iudicabit, vt in exemplis
per eos ibidem poſitis, & *Seraphi. vbi ſuprà nu.*
12. & ideo lex noſtra dixit teneri de caſu in-
ſolito cogitato vel non cogitato, ſed an &
tunc cum cogitato & non cogitato renuntia-
tur renuntiatum † cenſebitur huic caſui fortui- 25
to inſolito, crederem quod ſi eſt caſus inſo-
litus de quo nullus quamuis prudentiſſimus co-
gitaſſet, non cenſeri ei renuntiatum nec de
eo cogitatum, neque de eo tenebitur condu-
ctor ſecundum *Corneum conſ. 23. li. 2. relatum per
Ripam vbi ſuprà nu. 108 & Gutierrez de iura. conſ. c.
24 n. 7. & Seraph. vbi ſuprà n. 20. vbi à n. 19. ince-
pit quæſt. & late per Mandellum Albenſem conſ. 1. per
totum vbi ampliat etiam ſi dicatur ſiue ex quacunque
cauſa eueniat, & quod habetur pro expreſſo & Pinelus,
vbi ſuprà n.33.* nec obſtant verba pacti renuntian-
tis non præuiſo & non cogitato caſu, quia ſunt
intelligenda de caſu non præuiſo & non cogi-
tato à viro ſapienti, non de caſu non præui-
ſo etiam à prudentiſſimo, idque cum Legiſla-
tor inſpexiſſet, appoſuit in lege noſtra illa
alia verba, *Y otros caſos fortuitos que no pudieron
ſer penſados ni jamas fueron viſtos ni oydos ni acae-
ſcidos*, vt omnem ſcrupulum excluderet,
prout excludit ijs verbis, licet & addere de-
beret, ſiue cadere poſſet in imaginatione
prudentis ac prudentiſſimi viri ſiue non,
vt *Cornei doctrina ceſſaret*. Ex quibus habes &
ex lege noſtra quòd in hac Gabellarum ma-
teria & conductione earum non habet locum
remiſſio penſionis, † ob ſterilitatem, peſtem, 26
bellum terræmotum ſiccitatem & pluuiam
vel ob alium quemlibet caſum fortuitum,
& ratio eſt, quia ſic per legem ſtatuitur &
conuentum

SVMMARIA.

1 Penſionis remiſſio ſolet fieri conductori ob ſterilitatem, nu. 1. & nu. 2. ampliatur vt id etiam procedat cum fiſco, ſicut cum priuato.

2 Remiſſio Penſionis non fit, quoties conductor ſuſcipit in ſe periculum, ſiue multum, ſiue paruum percipiatur, quia illa verba ſi qui percipientur, conditionem & ſpem locatam eſſe oſtendunt, num. 3. & 4.

3 Penſionem ſoluere promittens omni exceptione remota, & ſuo reſigio & periculo, non cenſetur ſuſcipere in ſe periculum peſtis, num. 5. & ibi ampliatur & num. 7. & ſeq. limitatur.

4 Raſchia de ſpinela non dicitur caſus fortuitus, numero 6.

5 Conductor ſi dicat in ſpecie ſe ſuſcipere vnum caſum fortuitum, & generaliter omne aliud periculum, comprehenditur caſus peſtis & cuiuſlibet aduerſitatis, num. 7. & 8. Si caſus ſit ſimilis expreſſo non verò ſi maior. nu. 9. vbi quis ſit ſimilis & quis maior.

6 Periculum in genere ſuſcipiens ſi alias tenebatur de leuiſſima culpa tenebitur de caſu fortuito, nu. 10.

7 Caſus fortuitus ſi obueniat culpa locatoris non tenetur de eo conductor, num 11. vbi num. 12. idem eſſe ſi facto locatoris etiam iuſto, nu. 13.

8 Conductor ſi ob inimicitias locatoris damnum in re locata recipiat tenetur locator de damno, nu. 12.

9 Iniuriatus ab alio ob culpam vel factum alterius tenetur ille tertius de damno illo, num. 14.

10 Conductor non tenetur de caſu fortuito, etiam ſi ſuſceperit in ſe omne periculum, quoties caſus ille potuit à locatore remoueri, nu. 15.

11 Conductor non tenetur de caſibus inſolitis etiam ſi in ſe omne periculum ſuſceperit & fortuitis renuntiauerit. num. 16. & 23.

12 Renuntiatio caſuum fortuitorum ad incogitata non extenditur, n. 17. & 18. exemplificatur, & nu. 19. ampliatur etiam ſi interueniat iuramentum.

13 Statuto ſi cautum ſit, vt ciuitas teneatur ex incendio, non tenebitur ſi fulgur ex cœlo cadat, nu. 20.

14 Flumen ſi alueum mutauerit non tenebitur conductor renuntians caſibus fortuitis, num. 21.

15 Frumentum emens ad creditum pretio, quo valuerit in menſe Maij non tenebitur ad ſummam immoderatam. nu. 22.

16 Caſus inſolitus quis dicetur. nu. 24.

17 Renuntians caſui fortuito cogitato & non cogitato an cenſeatur renuntiaſſe inſolito, num. 25.

18 Remiſſio Penſionis non habet locum in Gabellarum conductionibus ob quemlibet caſum fortuitum, num. 26. attenta lege noſtra.

19 Caſus fortuitus quis dicatur, numer. 27.

IBi, A TODA SV VENTVRA POCO O MVCHO LO QVE OVIERE. Quãuis enim Pẽſionis remiſſio fieri ſoleat conductori bonorum ali-
1 quorum ob ſterilitatem † ex tex. in l. ex conducto. §. ſi vn & l. ſi merces. §. vis maior. ff. locati, & l. licet C. eodem titu. & l. 22. tit. 8. part. quinta. tex. in ca. propter ſterilitatem. extra. de locato, de quo vltra Docto. ibi, per Ripam, in tract. de peſte. in 2. par. de priuil. cauſ. peſt. & Anto. Gom. tom. 2. cap. 3. numero 18 & Couarr. in pract. capit. 30. adeo vt id
2 procedat etiam cum fiſco, ſicut † cum priuato, ex text. in l. ſi. vno, §. 1. ff. locat. l. forma. §. 1. ff. de cenſ. Bart. l. cotem §. qui maximos. ff. de publi. & in diſputatione ſua publicanus, Alex. Conſ. 107. vol. 3. Corneus Conſi. 23 volum. 2. & ita in curijs ſeruatur ſecundum Guido. Papa quaſt. 630. Bobert. deciſi. 249. quos allegat & ſequitur Anto. Peregr. titu. de priuil. fiſc. lib. 6. titu. 5. num. 41. & Boſi in pract. ſub tit. de remiſ. merce. publica, tamen cum dicitur, quòd ſuſcipiat conductor in ſe periculum, & percipiat illud quod percipi potuerit ſiue multum ſiue paruum ſit,
remiſſio non eſt facienda, † nam illa verba, 3
ſi qui percipientur, conditionem & ſpem locatam eſſe oſtendunt, † l. ſi in venditionem. ff. 4
de hæred. vel actione vend. Ripa vbi ſuprà. nume. 60. & Bertachi. de Gabel. in part. 2. numero 58. ſed ſi ita eſt, quomodo legi noſtræ poſt inſeruit verba ſequentia, *Aunque daño o perdida venga por fuego o por robo o por agua, o por guerra o piedra o nublado*, & infrà, *De tales guerras, o peſtilencias*. Pluries idem repetens & plures caſus exprimens, quaſi ſuperfluè videantur verba hæc appoſita, ſi prima ſufficiebant, ſed dicendum eſt non ſuperfluè, ſed neceſſario omnia hæc verba appoſita, nam ſuſcipiens in ſe omne periculum, vel promittens ſoluere Penſionem omni exceptione remota non intelligitur ſuſcipere in ſe periculum peſtis, neque alterius caſus fortuiti, etiam ſi conduxerit quis datia
vel fundum ſuo reſigio & periculo, † ſecun- 5
dum Soci. Conſi. 124 libro 4. quia iſtud verbum reſigium eſt generale ſicut verbum periculum, & etiam ſi conduxeris cum ſuis raſchijs & ſpinelis, quia caſus fortuitus non
dicitur raſchia, neque ſpinela, † ſecundum 6
Alexan. Conſi. 107. libro 3. & Ripa, vbi ſuprà. numero 75. cum ſequent. & Seraphin. in tracta. de priuil. iuram. priuil. 106. numero 21. iſtud tamen limitat ibi Ripa, numero 77. vſque ad. 86. modis
quatuor, † primo, niſi ſuſceperit in ſe in 7
ſpecie conductor vnum caſum fortuitum, & generaliter, & omne aliud periculum, tunc enim ſub illa generalitate comprehenditur
caſus peſtis, & cuiuſlibet aduerſitatis, † ſe- 8
cundum gloſ. & communiter omnes, in l. ſed & ſi quis §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. quod inquit Ripa. dict. numero 77. eſſe verum ſi caſus ſit ſimilis expreſſo, non verò ſi maior, nam is
non comprehendetur, † & quis ſit ſimilis & 9
quis maior ibi numero 79. inquit arbitrio iudicis id relinqui. Secundo limitat Ripa, in numero 80. niſi ſuſcipiens in ſe periculum in genere aliâs tenebatur de leuiſſima culpa, nam tunc vt aliquid operetur tenebitur etiam con-
ductor † de caſu fortuito. Alia fallentia de 10
iuramento ibi reprobatur per Ripam, & per Seraphin. vbi ſuprà verſ. hoc præmiſſo, iſtæ tamen fallentiæ & caſus vbi conductor tenetur de caſu fortuito non procedunt, quoties culpa
locatoris † obuenit caſus fortuitus, tunc enim 11
non tenetur de eo conductor, ex. l. 2. C. de nauti. fœno. l. qui officij. §. ſi ff de contrah. emp. quas leges octo ducatis vendidiſſe inquit Roma. Sing. 435. in ſeu quòd quis facit. l. ſi merces. §. culpæ. ff. locat. vbi Bar. & alij notant quod ſi conductor ob inimicitias locatoris damnum patiatur ſibi tale damnum debet à locatore
† reſarciri, conſuluit Soci. conſ 70 libro 3. & 12
idem eſt ſi facto aduerſarij ſuſcipiens in ſe periculum

communem ſubditorum vtilitatem concernunt, vnde ipſemet *Iuſtinianus in 8. nouella*, aſſerebat, ineuitabilem eſſe tributorum exactionem, ſiquidem militares expenſæ magna indigent aſſiduitate, & ſine pecunijs omnino confici nequeunt, quòd ſi hæc ita ſunt, iuſte lex noſtra, notoriam rem eſſe aſſeruit, conſeruationem bonorum, reddituumque regiorum, tanquam ex eis pendeat vniuerſa reſpub. & Regni augmentum & reparatio ac ſuſtentatio, indeque Regem Al-
5 phonſum *in l. 1. tit. 17. part. 2.* iuſtiſſime † pænas graues impoſuiſſe aduerſus furantes regia patrimonia & bona, violentiamque in eis inferentes, quòd lex noſtra itidem præuidens pænas imponit violenter occupantibus regios redditus, vel procurantes diminui, cum legibus ſequent. vbi quid ſi ſine violentia, vel quid ſi quis impedit ne redditus Regij in plus alliciantur & ſubhaſtentur, vel colluſiones faciunt ne locentur, vel conſilium vel fauorem ad hæc preſtant, quæ ſingulares leges ſunt & claræ.

De lege 5. vide plura quæ diximus in titu. *De las ligas y monopolios*, vbi plura poſuimus in quibus ligæ ac monopolia committuntur quibus & addes legem noſtram & *l 7. infrà eodem de qua lege. 7. diximus aliqua in l. 3. titul. 14. ſuprà lib. 8. in. 12. artic.*

De legibus 11. & 12. eandem tractantibus materiam vide *tex. in l ſi. tit. 1. lib. 7. ſuprà.*

De lege. 16. prohibente imponi ſiſas, vide *Laſarte de decim. vend. c. 18. num. 80. cum ſequent.* & intellige de ſiſis excedentibus ſummam trium mille marapetinorum, ſecus ſi non excedant, *ex. l. 1. titu. 6. lib. 7. ſupra notat Auend. cap. 14. prat num. 4. lib. 2.* ita limitans, & an à peregrinis exigi poſſit, vide *Angles theolo. quaſt. titu. de reſtitucn. recti. in. 6. diffini.*

De lege. 18. quo ad tertias vide *l. 1. titul. 21. infrà eodem*, vbi aliqua diximus de ijs tertijs regiæ coronæ incorporatis, & tradit *Auend. cap. 4. prat. nu. 21. lib. 2.*

De lege 29. de ſalinis agente, in quo ſit alterata à *l. 2. titul. 13. libro 6. ſuprà* vide quæ diximus in *l. 3. gloſ. fin. in ſi. titul. 15. lib. 4. ſuprà & late agit de Salinis D. Barboſa, in l. diuortio §. ſi vir. num. 27. in fin. cum ſequentibus aliquibus. ff. ſoluto matrimonio*, & in quantum iſta lex inquit quod pro Salinis à particularibus perſonis poſſeſſis & per Regem in ſua corona incorporatis facta eſt eis compenſatio probatur quòd vbi Rex capit ex aliqua cauſa bona priuatorum, debet id facere præſtito bono cambio talibus perſonis, vt & probatur *in l. 31. ti. 18. par. 3. & diximus in l. 1. tit. 1. lib. 4. ſuprà & in l. 31. l. tit. 20. lib. 6. infrà. nu. 14.*

TITVLO IX. DE LAS CONDICIONES GENERALES CON QVE SE ARRIENDAN LAS RENTAS REALES.

RVBRICA TITV. IX.

1 *Conditiones generales, quibus cum Gabellæ locantur, ſunt vt leges obſeruandæ, num. 1. & num. 2. de nouis punctuationibus.*

2 *Summi rationales ac ſupremi an poßint in locationibus Gabellarum derogare conditionibus generalibus pro legibus ſcriptis, num. 2. & 3.*

CVm in ſuperiori titulo dictum de redditibus regijs ſit, & quòd nullus eos occupet, neque vſurpet, neque impediat eorum locationes, nunc conſequenter ſequitur titu. noſter deſcribens quibus cum conditionibus debent locationes fieri.

Ad cuius tituli introitum habes notare quòd hæ conditiones vt veræ leges ſunt obſeruandæ
1 † prout ex eis colligitur, tum quia in ſummarijs earum dicitur, *Ley y condicion primera*, & ſic in ſequentibus legibus à prima dicitur, ita vt licet ſit conditio eſt lex, tum etiam quia lex prima noſtri tituli ſic iubet ſeruari, & eſſe intelligendum in locationibus Gabellarum, & reddituum Regiorum, & ita etiam aſſeruit *Laſarte de decim. vend. cap. 18 nume. 2.* vbi idem dicit circa capitu-
lũ. *De los nueuos apuntamientos.* † Ex quibus dubita- 2
bat *Minchaca de ſucceßion. creatione lib. 3. §. 28. num. 28. verſi. illud autem, an quia in l. pen & fin quaterni. De la prorogacion del encabeçamiento general.* Ius & poteſtas ſummis rationalibus data eſt, vt quo ad illud beneficium (quòd *encabeçamiento*) appellatur poſſint addere eas leges quæ ſibi conducibiles
viſæ fuerint, poſſint derogari legibus † ibi ſcrip- 3
tis, & reſpondet quod non poſſunt propter vltimam partem illius legis fi. vbi iubetur iudicari ſecundum illas leges, & ſuperior facultas eſt intelligenda in caſibus omiſſis, ab illarum legum conditoribus & quod ſic habebunt ius, non tam emendandi aut corrigendi, quam ſimpliciter interpretandi.

LEX SECVNDA.

SVMMARIVM LEGIS.

Nullus caſus fortuitus & ſi procedat cauſa vel facto Regis excuſat à ſolutione Gabellarum.

fauore Regis eredo id fuiſſe permiſſum dum tamen id ſit, vt hic dicitur pro primo & ſecundo termino ſolutionis, quaſi pro tertio relinquatur, in diſpoſitione iuris communis, quia limitata diſpoſitio limitatum producit effectum ex *l. age cum Geminiano. C. de tranſact.*

LEX VIGESIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Æſtimatores & emptores bonorum per quos nominandi ſunt: & an habeat locum remedium vltra dimidiam.

SVMMARIA.

1 *Decipere vltra dimidiam an liceat in caſu noſtræ legis propter fiſci fauorem, num. 1. & 2.*

IBi, NO SE PVEDA RETRAER AVNQVE AYA ENGAÑO EN MAS DE LA MITAD DEL IVSTO PRECIO. Similis *text in l. 6. tit. 11. lib. 5. ſuprà allegata in ſubſcriptione marginali noſtri text. vbi aliqua diximus, & hoc redundat in limitationem l. 1. eiuſdem titul. 11. libro 5. ſupra.* & quamuis lex noſtra ſolum diceret, *En la mitad del iuſto precio*, idem eſt
1 ſi vltra dimidiam, † ex dict. *l. 6.* & quia aliter non eſſet limitatio *dict. l. 1.* eo quod intra dimidiam licitum eſt contrahentibus ſe decipere in foro fori, licet non in foro poli, & ſic ſi lex noſtra non intelligeretur vltra dimidiam, ſuperflue diſponeret, & nihil ſpecialitatis haberet, neque contineret, ex cuius ſpecialitate & mea videtur approbata opinio *Auge. & ſequacium relatorum per Iaſ. in l. pacta noniſſima numero nono. C. de pactis. aſſerentium* quòd vbi interuenit decretum iudicis in venditione & ſubhaſtatione publica
ceſſat † remedium *l. 2. C. de reſcindenda venditione.* 2
ita vt licet regulariter ſit in contrarium communis opinio. *Vt ibi aſſerit Iaſo. & probatur ex l. 6. titul. 11. libro 5.* & ſaltim fauore Regis in caſu noſtræ legis & ſimilium procedat hæc angeli & ſequacium opinio, ad limitationem dictæ communis opinionis.

De lege. 21. fin. vide. l. 14. titu. 1. ſuprà iſto lib.

TITVLO VIII. DE LAS RENTAS REALES, Y DE QVE NINGVNA PERSONA LAS VSVRPE, NI HAGA POR DONDE VENGAN A VALER MENOS.

AD præcedentem continuatur tit. hic, nam cum in ſuperiori titulo dictum ſit de ordine, & modo procedendi in litibus ſuper Regijs redditibus recuperandis motis, nunc & conſequenter ſequitur videre de eis conſeruandis, & quod nullus hos Regios redditus vſurpet, neque ſit in cauſa vt ad diminutionem perueniant.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Violenter occupantes Regios redditus qualiter puniantur.

SVMMARIA.

1 *Animus reipublicæ princeps eſt, numer. 1.*

2 *Bellum magna ex parte vincitur conſilio, & pecuniæ vi, num. 2.*

3 *Pœnæ graues imponuntur aduerſus furantes Regia patrimonia & bona, num. 3.*

IBi, QVAN NECESSARIO SEA PARA EL BIEN PVBLICO DE NVESTROS REYNOS, Y DE NVESTROS SVBDITOS LA CONSERVACION DE NVESTRAS RENTAS Y DERECHOS POR DE PENDER DE ELLAS EL SOSTENIMIENTO DE NVESTROS ESTADOS. Reges enim diuites eſſe oportet, & redditibus abundare, vt defendere poſſint regna ſua & vaſſallos ab incurſibus inimicorum, & ſic neceſſum eſt ne redditus & patrimonia regia à ſubditis ſuis minuantur vel occupentur, ne dum ſubditi ſibi appropriare ea cupiunt, & approprient, ſe & ſua perdant, nam ſi animum perdunt, neceſſum eſt & bona perdere in neceſſariam conſequentiam animi perditi, animus namque reipub. vt *ait Seneca lib. 1. de clementia*
princeps eſt, † ille vinculum eſt per quod 1
reſpub. cohæret, ille ſpiritus vitalis quem tot millia hominum trahunt, nihil ipſa per ſe futura, niſi onus & præda, ſi mens illa imperij ſubtrahatur, ſed ſi animus, & ſic princeps debilitatur, omnia itidem debilitabuntur, patrimonia autem & redditus Regem nobilitant, timendum omnibus præbent, incurſibus hoſtium occurrunt reſpub. conſeruantur, nam vt aiebat *Rex Archidamus apud Thucididen lib. 2.* magna ex parte
bellum vincitur, conſilio & pecuniæ † vi, & *Iu-* 2
ſtinianus conſt. 161. dicebat, non aliter conſeruare licet rempub. niſi præſtationes importentur in publicum ex quibus & militares nutriuntur copiæ, vt reſiſtatur hoſtibus & per agros ac vrbes agantur excubiæ, perfruuntur itidem reliqui ordines à tributis ſibi ſalarijs, reparantur muri & vrbes, denique omnia alia proueniunt, quæ

communem

SVMMARIA.

1 *Caſus vbi quis officium, quod habet, perdit, num. 1.*

IBi, QVE PIERDA POR ESTE MISMO CASO EL OFFICIO. Alios plures caſus vbi priuatur
1 quis † officio ſuo poſui in. *l. 23. titu. 25. libro 4 ſuprà. & vide l. 21. tit. 16. infrà eod* alias etiam pœnas ponentem iudici negligenti in ſoluendis delegationibus.

LEX DECIMA-OCTAVA.

SVMMARIVM LEGIS.

Quomodo facienda eſt executio in bonis collectoris vel conductoris Gabellarum & Fideiuſſorum ſuorum declarat lex noſtra.

SVMMARIA.

1 *Bonorum executorum ad fiſci petitionem traditio facienda eſt in emptionem alicui diuiti, ſi emptor eorum non reperiatur, num. 1. & num. 2. ad limitationem legum iuris communis prohibentium in vitam emptionem & num. 3. conſtituitur in hoc lex noſtra ſpecialis, & quo pretio ſiet tunc bonorum talium æſtimatio*

2 *Diuites ad emendum frumentum pro publica reparatione mutuare pecunias compellentur, num. 4. & nu. 5. in ertur contra iudices perquiſitores compellentes emere bona delinquentium.*

IBi, SEAN DADOS APRECIADORES Y COMPRADORES. Vſque nunc nondum reperi legem iuris communis hæc diſponentem & *Dida. Per. hic ſub. l. 13. tit. 4. lib. 6. Ordi.* vbi ponitur noſtra lex, nihil ſuper ea dixit, & in ijs verbis multum eſt ponderanda, probant enim quòd bona conductorum Gabellarum executata pro debitis Regi ex conductione ipſa, ſi emptores ipſorum non reperiantur bonorum, appreciandа ſunt & aliquibus in emptionem tradenda,
1 † ita vt in hoc caſu, ne Rex remaneat cum bonis, & nummos ſibi debitos per talem conductorem recuperet, compellendi ſunt diuites nummos habentes, ea quidem emere bona contra diſpoſitionem *legis inuitum. C. de contrahend. emptione & l. nec emere. C. de iur. delib. & l. 3. titu. 5. part. 5. & ſimilium relatarum per Anto. Gom. Varia. Tom 2. ca. 2. nu. 51 & Couarru. lib. 3. Var. cap. 14.* & quia priuati non tenentur emere res infiſcatas
2 † per fiſcum ſubhaſtandas, *ex dictis iuribus & ex l. licitatio. §. ad conducendam. ff. de pub. vt in puncto,* conſuluit *Natta conſ. 500. per totum relatus per Peregri. in tracta. de priu. fiſc. lib. 6. tit. 4 nu. 44* & quia ex ſpecialitate *l. 1. C. vt nemi. lice. in empt. ſpe. ſe excuſ. lib. 10.* diſponentis quòd compellendi ſunt emere à fiſco, & à ciuitate frumentum, vbi eis abundat, neque eſt qui ſponte emat, *quem text. ad hoc allegaunt in materia dict. l. nec emere & ſimilium Socinus in reg. 435. ſalla. 14. & Salicet. l. 1. num. 3. C. de Epiſ. and.* quaſi ex hoc conſtituatur regula in contrarium per argumentum ab ſpeciali, igitur dum lex noſtra diſpoſuit compelli quem poſſe ad emendum bona conductoris Gabellarum executata, pro quibus emendis emptor non reperiebatur, ſingularis † caſus & ſpecialis eſt & 3
maxime notandus, & debent talia bona appreciari iuſto pretio vt probatur *ex dict. l. 3. tit. 5. part. 5. vbi Greg ita dicit, & ex l. 2. titu 22. par 4 1.* & vt dixi vſque nunc ignoro aliam legem iuris communis & Regij ſimilem huic, alius enim caſus vbi diuites compelluntur mutuare pecunias eſt vt frumentum † ematur pro prouiſione 4
publica vt inquit, *Auend. cap 19. prat. num. 34. lib. 1. & iterum lib. 2. prat. cap. 14. numer. 9. Matienzo. l. 1. gloſ. 9. num. 6. titu. 25. lib. 5. ſuprà. vbi & ego dixi,* non eſt idem iſte caſus cum noſtro & miror quòd nullus ſcribentium in materia Gabellarum de hoc meminerit, neque inueni, licet perquiſiui, & ſic iudices perquiſitores compellentes emere bona delinquentium, quorum bonorum emptores non reperiuntur nullo † iure 5
fundantur, ſed ex capite id faciunt & male, quia caſus noſter ſpecialis, non eſt ad conſequentiam trahendus, & qui poſſint nominare hos appreciatores & emptores diſponit. *l. 20. infra eod.*

LEX DECIMA-NONA.

SVMMARIVM LEGIS.

Pro debitis conductorum Gabellarum primi & ſecundi tertij meliora bona ſiue mobilia ſiue immobilia capiantur, & in ſubhaſtatione publica vendantur, & ſecundam formam noſtræ legis, etiam ſi aliud iuſſum ſit.

SVMMARIA.

1 *Mobilia & ſe mouentia in caſu noſtræ legis priuſquam immobilia an capienda ſint, nu. 1. & 2. vbi declaratur.*

IBi, LOS MEIORES BIENES ASSI MVEBLES COMO RAIZES. Sed an debeant mobilia ſiue ſe
1 mouentia † priuſquam immobilia capi, ſecundum tenorem *tex. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & tex. in l. fin. tit. 21. lib. 4 ſuprà vt ibi in gloſ En bienes muebles, diximus,* vbi & notauimus quod horum bonorum illa, quæ minus noceant capienda ſunt, & dicendum eſt quòd non, ſed quòd in propoſitum noſtri tex. ſeruandus non eſt dictus ordo, ſed immobilia capi poſſunt cum mobilibus & ſe mouentibus, ſiue ſine eis, ob fiſci priuilegium, † *ſiens & in Delphinatu fieri inquit* 2
Guido Papa, deciſio. 281. & quia cum bona ipſa creditori adiudicantur, poteſt creditor eligere quæ voluerit, vt dixi *in dict. l. fin. in nu. 37.* ſed in præſenti

 fauore

Digitized by Google

lex eſt ſed ſeruanda vt dicitur de lege proſpexit.
ff. qui & à quibus, nam ſi anteriores creditores
exiſtunt habentes pro debitis ſuis bona horum
conductorum obligata nonne iniquum videtur
fiſcum poſtea creditorem effectum preferri pri-
mis creditoribus, contra omnia iura & conclu-
ſiones aſſertas *per DD. in locis ordinarijs, C. & ff qui
pot. in pig & per Couar. lib 1. cap. 7. & Matienço l. 7. titu.
16. gloſ 5. lib. 5. suprà vbi & nos in nu. 3 & 4. diximus
ſuccinctè,* & reuera duriſſima res videtur, ſed al-
tius conſiderando, quòd fiſcus in bonis debito-
ris ſui conducentis Gabellas ſuas venditis pro
earum ſolutione præferatur creditoribus talis
1 debitoris niſi expreſſe † probauerint bona illa
ſua eſſe fundari videtur ex diſpoſitione. *l. licet. C.
qui potio. in pig. hab. & ſimilis l. 30 tit. 13. part. 5* ſcilicet,
quòd cum quis emit rem ex pecunijs meis ſibi
ad illam emendam mutuatis & ſpecialiter pro
ſolutione pecuniæ mutuatæ res illa obligata eſt,
tunc enim præfertur in re illa hic ſecundus
prioribus creditoribus, ſed fiſcus & ſic Rex in
bonis ſui debitoris tacitam habet hypothecam,
*ex. l. 1. C. ſi propter pub. pen., l. 1. C. in quibus cau. pign.
vel hyp. tacit. cont. l. 25. tit. 13. par. 5.* præſumitur-
2 que † debitor eſſe ditatus ex bonis Regis & ea
cum eis emiſſe. ergo mirum non eſt ſi vendi-
tionem bonorum talis debitoris conductoris
talium reddituum regalium non poſſint impe-
dire alij creditores etiam prioris dicti debitoris
& quod in eis fiſcus præferatur, pro vt in pro-
poſitum noſtræ legis voluit omnibus præferri
*Gironda de Gabel. 4. part. §. 1. num. 20. cum 4. ſe-
quen.* ſed an & tunc dotis vxoris præferetur fiſ-
3 cus † dixi in *dict. l. 7. tit. 19 lib. 5. ſupra.* ſed quia
iſte intellectus nimis eſt diuinatiuus, & plura
priuilegia fiſci præſupponit quæ in ſimul con-
currere non poſſunt, ideo ego alium conſtituo
4 † ſcilicet quòd fiſcus & ſic Rex in bonis ijs præ-
fertur creditoribus anterioribus, ſcilicet qui
non haberent expreſſas hypothecas bonorum
præſentium & futurorum talis debitoris, etiam
ſi tacitas haberent ſed non priuilegiatas, adhuc
eis præferretur fiſcus, ſicut & tacita mulieris
præfertur tacitæ priori alicuius priuati vt inquit
Couar. dict. cap. 7. num 1. concluſ. 2. fiſcus enim &
mulier pari paſſu ambulant, vt inquit *text. in l. 2.
C. de priuileg. fiſ* Sed ſi anteriores creditores ha-
berent expreſſas hypothecas præferentur taci-
5 tæ poſteriori fiſci, & etiam expreſſæ, † ſicut &
expreſſæ mulieris poſteriori prefertur prior ex-
preſſa cuiuſlibet perſonæ, vt per *Couar. vbi suprà
concluſ. 5.* & conſequenter creditores priores
has habentes expreſſas hypothecas in bonis de-
bitoris Regij poſt contrahentis cum Rege pote-
runt impedire bonorum venditionem talis de-
bitoris Regij conducentis Gabellas, & fiſco pre-
ferri, quia verba noſtræ legis de habilitate ſunt
intelligenda, ex. *l. vt gradatim. ff. de muner. & ho-
nor.* & priuatus etiam fiſco præfertur † pro ex-
preſſa priori hypotheca. Secundum *gloſ. in dict. l.
2 C. de priuil. fiſci*, etiam propter tributa vel pu-
blicas penſitationes fiſco agenti, *ex gloſ. vbi Bald.
in. l. 1. C. ſi propter pub penſ. & Grego. eam allegans, in
dict. l. 25. tit. 13 part. 5. in gloſ 2. in fin. & probatur
expreſſe in l. 33. tit. 13 part. 5* Neque obſtant ver-
ba alia noſtri text 101, *Saluo ſi moſtrare por eſcriptu-
ras publicas que los arrendadores de las nueſtras rentas
auian arrendado o alquilado los dichos bienes de aquelque
quiſiere poner el dicho embargo.* Nam exceptio hæc
non excludit caſus ſimiles, & vbi idem ius ſta-
tutum eſt, & eadem militat ratio, nam ſimiles
comprehendit caſus, ex *tex. in cap. cum dilectus vbi
Abb & Dec. de conſ. vtil. vel inutil. & alijs iuribus &
DD. allegatis per Couarru. lib. 2. Var. cap 5. num 6.*
Sed vxor pro dote cum habeat tacitam hypo-
thecam priuilegiatam, quæ quidem poſteriori
tacitæ ſiue expreſſæ præfertur vt per *Couar. dict.
cap. 7* nimirum ſi vt dictum eſt præferatur et-
iam fiſco ex dict *l. 2. C de priuil fiſci, & dixi in
dict. l. 7. titu. 16 lib 5. ſupra & tenet Gironda vbi ſu-
prà*, & ſic intellecta noſtra lex prout intelligi
debet non eſt dura ſed iuri conformis, neque
eſt credendum velle corrigere tot iura & com-
munes opiniones antea deciſas, ſed ſecundum
ipſos eſſe noſtram intelligendam. Et vt omnia
ſcias, intellige quod hæc procedunt cum fiſcus
agit ex contractu, ſed ſi agit ob delicta incurſa,
tunc nullam habet tacitam hypothecam in bo-
nis † delinquentis, ſecundum *gloſ. obli ..dam in dict.* 7
l. 25 tit. 13. part. 5. niſi vt ibi, ſit lata ſententia.
vel ſit delictum circa adminiſtrationem fiſca-
lem, vel dici poteſt quòd quia fiſcus in bonis ad-
quiſitis per debitorem ſuum † poſt obligatio- 8
nem cum eo factam præfertur prioribus credi-
toribus non æque priuilegiatis. *l. ſi is qui. ff de iur.
fiſc. notat Petrus Peckius in regula qui prior num. 14 am-
plia. 9 & num. 15. limitatione. 11. de regu iur. in. 6.*
ideo nimirum quòd creditores priores non poſ-
ſint impedire venditionem talium bonorum,
niſi probent eſſe ſua propria, vt hic, ſed quia hic
intellectus diluiposteſt ſi priores creditores pro-
bauerint bona debitoris eſſe adquiſita ante fiſci
obligationem, ideo præcedens plus mihi placet.

Ibi, *Moſtrare por eſcripturas publicas.* Debet enim
conſtare de vero credito illius, alioquin chartu-
la confeſſionata inter affectum creditorem &
debitorem † ſuſpecta & ſimulata præſumitur, vt 9
in ſimili *inquit Peregrin. in tract. de priuil. fiſ lib. 5.
cap. 1. num. 54. ad fin* & hic erit vnus caſus vbi
ſcriptura requiritur addendus ad *gloſ. cap. 1. de
cenſibus in. 6* ſed & adhuc tunc ſufficeret in no-
ſtra lege probari debitum & expreſſam hypo-
thecam cum. 5. teſtibus, nam & teſtibus proba-
ri poteſt † hypotheca. ſecundum *gloſſ comm. l. 21.* 10
titu. 13. part 5 imo & duobus teſtibus deponen-
tibus de ſcriptura publica confecta & de tenore
eius *vt alibi diximus in lib. 5. pro probando facto vbi ſcri-
ptura requiritur.*

LEX DECIMA-SEPTIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Quam pœnam incurrat iudex non faciens executionem in perſonam & bona conductoris Gabellarum & Fide-iuſſorum intra tertium diem à die petitionis declarat lex noſtra.

SVMMA-

ſione officij, & mille marapetinis cameræ ap-
plicatis, & in alijs mille parti læſæ ſoluendis, &
inſuper ex *dict. l. 21. tit. 16. infra iſto lib* punitur talis
judex in ſolutione expenſarum duplicatarum
juramento ipſius partis liquidandarum, & cum
dictæ leges ſint inſertæ in hac recopilatione ne-
que in marginalibus earum ſubſcriptionibus
ſit aliquid dictum vna alterius eſt augmentatiua
pœnarum, non vero correctoria, ſed quot iudi-
ces eſſent ſine officio, ſi ita executaretur, dici
non poteſt. Sed an Gabellarijs competat contra
debitores Gabellarum executiuum remedium,
2 † late examinat *Gironda de Gabel. 4. part. in princ nu.
3. cum ſequent.* vbi inquit in num. 7. non concedi
regulariter niſi adſit confeſſio vel liquidum in-
ſtrumentum, & quid in teſtibus approbatorijs,
3 † vide *Girond. ibi. 3. part. nu. 32. cum ſequent. & vide de
eu Rebuſ. 1. tom. conſt. Fran. tit de ſent. execu. gloſ. 16. nu.
37 & dixi in l. 13. titul. 9. lib. 3. ſupra & Gutierrez lib.
1. pract. quæſt. 132 nu 9 & Belluga in ſpeculo princ. rub.
31 §. quamuis num. 20.* & an ſit neceſſe quòd tem-
4 pore ſolutionis † ſint idonei, *Gironda dict. 3. part.
numero 34. cum ſequent.* inquit quod ſic.

Ibi, *Qu. ſus cuerpos eſt en preſos*, hic ſpecialis ca-
ſus eſt, in quo debitor executatus etiam ſi præ-
ſtet cautionem & Fide-iuſſionem bonorum in
5 carcerandus eſt & detinendus in carcere † inte-
rim quòd bona vendantur, neq; relaxandi ſunt
etiam ſub Fide-iuſſoribus vſq; dum debita ſol-
uerint & eſt ſimilis *in l. 10. tit. 16. infra eod.* quæ ad
hoc conſiderat *Laſarte de decim. vend. cap. 18. nu. 17.*
vbi inquit id non eſſe ſpeciale in debitore Ga-
bellarum, ſed generalis eſt diſpoſitio in quo-
6 cumque † fiſci debitore, ex *text. in l. ſacrilegij capite.
§ fi. ibi, corpus retinendo. ff. ad leg. Iuliam pecul. l. quo-
niam nonnulli. ff. de appel. l. fin ff. de leg. commiſ. l. Paulo
Calimacho §. fin. de leg. 3. l. miſſi opinatores. C. de exacto-
ri. trib lib. 10.* & eſt ſingulare priuilegium fiſci ſe-
cundum *Bal Conſ 90. volu. 5* & ita conſuetudo ob-
ſeruat quod contra debitores fiſcales pro eo-
rum debito liquido proceditur ad capturam
perſonæ & ad tenutam bonorum *l. nemo carce-
rem. C. de exactoribus trib lib. 10. vbi Angel. & peregri. in
tracta. de priuileg. fiſc. lib. 7. tit. 7 num. 5. cum ſequen.* idq;
aliqui ampliabant, non ſolum Gabellarum de-
bitorem eſſe incarcerandum, verum ab Eccleſia
extrahendum vt carceraretur, generale enim
eſt in Regijs tributis vt eorum debitores Eccle-
ſiarum immunitate non gaudeant, ex *text. in au-
thent. de mandat. princ. § publicorum collatio. 1. & ex. l. 5.
ti. 11. par. 5* Abrogatæ tamen ſunt leges hæ ex
diſpoſitione iuris canonici, & non ſunt receptæ
in practica: nam & tributorum principis debi-
tores gaudent † immunitate eccleſiaſtica *ſecun- 7
dum gloſ 1. in dict l 5 & Laſarte vbi ſupra nu. 58. & Gi-
rond. de Gabel. 4. part. §. 1 n. 18. & diximus in. l. 13. n. 5.
tit. 2. ſup. li 1. & nos referens tenet Humada in. l. 2. tit. 11.
part. 1. in gloſ. 2. nu. 1.* ſecundo ampliatur noſtra lex
vt procedat non ſolum in principali debitore
verum & in eius hærede, qui quidem & incar-
cerari poteſt, ſi inuentarium non fecit, † & ac- 8
ceptauit hæreditatem ſine eo, ſecus vero ſi in-
uentarium fecit, & cum eo acceptauit, tunc
enim carcerari non poterit, vt inquit *Laſarte vbi
ſupra num. 59. & Peregri. vbi ſuprà num. 10 & 11 &
Mincha. de ſucceſſio. creatio. § 6. nu. 49. de quo nos late
egimus in. l. fi. titu. 21. nu. 86. cum. 3. ſequent. ſuprà
lib 4.* niſi vt ibi *nu. 89.* bona occultauerit † pro 9
vt & in nobili ibidem diximus *nu. 70.* & tenet
Laſarte vbi ſuprà nu. 61. & 62. idem dicit quando
nobilis conducit Gabellam vt diximus *in. l. 4.
tit. 2. lib. 6. ſuprà.* quæ quidem lex vt *ibi dixi. num.
26. & 27.* non procedit in alio caſu quam in quo
loquitur † vt & nouiſſime tenet *Gutierrez lib. 3. 10
pract q. 13. num. 103. & 104. & 105. ex quo infert
Laſarte dict ca. 18. num. 65.* nobilem inuitum non
teneri ſuſcipere collectoriam Gabellarum
etiam ſi ad hoc a populo † eligatur, & bene: præ- 11
iudicat enim ſuæ nobilitati, & repugnat eius
priuilegijs collectorem Gabellarum eſſe, ob
idque ab illo excuſatur cum plebeijs ſit id in-
iungendum *ex l. 10. tit. 12. infra hoc lib.* ſic &
mulier, vt ſuo loco diximus. pro tributo Regio
incarcerari non poteſt, ſiue ſit principalis, † ſiue 12
vt Fide-iuſſor conueniatur, vt ſuo in loco dixi-
mus, *in lib 5. ſupra, & ſub tit. de las mugeres, & La-
ſarte dict. cap. 18. num. 60. & Minchaca, vbi ſuprà.
num. 38.* etiam ſi ſit hæres conductoris † niſi oc- 13
cultauerit bona vt diximus in ſuo loco.

LEX DECIMA-SEXTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Bona reperta penes conductores Gabellarum vendenda ſunt pro ſolutione debitorum Regi, & nullus in contrarium audiendus niſi ille qui per ſcripturas publicas demonſtrauerit bona illa à conductoribus ipſis eſſe conducta, vel locatione data ab illo, qui impedit ſolutionem.

SVMMARIA.

1 *Fiſcus præfertur creditoribus etiam anterioribus in bonis debitoris, niſi creditores probauerint bona eſſe ſua, n. 1. & 4. declaratur cum ſequent.*

2 *Debitor fiſci præſumitur ditatus ex fiſci bonis, numero 2.*

3 *Dos an præferatur fiſcus, nu. 3. & 6.*

4 *Hypotheca tacita pro dote an præferatur priori tacitæ non priuilegiatæ, nu. 4.*

5 *Hypothecæ expreſſæ anteriores præferuntur poſterioribus fiſci debitis etiam expreſſis, nu 5. & 6.*

6 *Fiſcus ob delicta nullam habet tacitam hypothecam in bonis delinquentis, num. 7. niſi vt ibi.*

7 *Alius noſtri tex. intellectus ponitur in nu. 8. ſed exploditur chartula confeſſionata inter creditorem, & debitorem, ſuſpecta præſumitur, num. 9. vbi ponitur noua declaratio ad tex. verba.*

8 *Hypotheca teſtibus probari poteſt, nu. 10.*

IBi, Y QVE NO SEA OYDO NI RECEBIDO CONTRA ELLO EMBARGO ALGVNO QVE QVALQVIER PERSONA QVIERA PONER EN LA VENDIDA DE LOS DICHOS BIENES. Dura lex

admonendi, num. 73. de iure iurando, & Xuarez in titu. de las iuras n. 9. & Maranta in pract. tit. de interrogatione numero 1. cum ſequent. & deciſio noua Rotæ. 81. de ſequeſt. poſ & fruct. etiam ſi *Abb. in. c. fin. in princ. numero 6. de iure iurando aliud vel 1.* & male, nam contraria eſt verior & æquior, & vſu approbata ſecundum *Xuarez vbi ſupra, & communior ſecundum Iaſ. dict. nu. 73. & ex dict. l partt. comprobata, & ex noſtra lege in præſenti clariſſimè probatur, maxime ex verbu illu, dentro de tercero, iuncto verſic. pero es nueſtra merced,* iuramentum vero de calumnia, de quo etiam loquitur noſter tex. poteſt etiam compelli reus face-
3 re † in princ. litis *ex lege noſtra & ex lege 23. & 24. tit. 11. par. 3. & tex. in l. fin. § ſi. C. de iure iurando propter calum. dan.* non tamen dirimit litem ſi negat, & ſic quamuis dubitatum ſit, pro vt nos alibi diximus *in lib. 4. ſupra* an a iuramento poſſit lis incipere, tamen in ijs cauſis Gabellarum poteſt
optime † & ſine dubio incipi à iuramento etiam 4
de calumnia, vt ex tex. noſtro probatur vt vides.

Ibi, *Si ante que ſean traydos a juyzio lo confeſſaren,* vide quæ dicemus *in l. 31. tit. 19. infra iſto lib. in gloſ. 1.*

Ibi, *Con mas la mitad*, requiritur tamen ſuper hoc ſententia declaratoria condemnationis dupli vt in propoſitum *inquit Caſtillo in. l. 70. Tauri nu. 44. col. 250.*

LEX NONA.

SVMMARIVM LEGIS.

Iudex executor in caſu neceſſario miſſus per calculatores maiores Regis quas qualitates habere debeat.

SVMMARIA.

1 *Executor in materia Gabellarum mittendus an debeat eſſe diues, planus & cognitus, num. 1.*

IBi, MANDAMOS, ſimilis. *l. 8 tit. 3. ſuprà iſto lib.* vbi ſubſcriptio marginalis ſe refert ac remittit ad hanc noſtram legem quaſi eius tenor ſit ſeruandus & attendendus, & non dictæ. l. 8.

Ibi, *Que el tal juez ſea hombre conoſcido y llano*, in antiqua contextura addebatur, *que tenga hazienda en bienes rayzes a lo menos treynta mil marauedis*, & per. l. 10. ti. 17. li. 5. ſuprà dicebatur quòd executores mittendi ſint homines diuites & cogniti, ibi *ricos y conoſcidos*, quomodo ergo lex noſtra ſolum requirit quod ſint cogniti & plani, excludit ne diuitias, & poterit mitti executor pauper? Et dicendum eſt quòd lex noſtra arbitrio mittentium reliquit an mittendus executor ſit ne-
ceſſe vt ſit † diues vel non, & quia nullum mit- 1
tent, qui non habeat plura alia bona & maioris valoris quam contextura antiqua noſtræ legis requirebat, & ſic circa diuitias iudices arbitrabunt, requirantur nec ne, pro adimplemento executionis ad quam executores mittunt in caſibus in quibus mittendi ſunt, neque hanc diuitiarum qualitatem lex noſtra excludit, & vtinam omnes executores & iudices prouidendi eſſent diuites: fortaſſis enim melius iuſtitiam miniſtrarent.

De lege. 10. vide ſimilem vbi diximus l. 6. tit. 1. lib. 4. ſuprà.

De lege. 12. vide quæ diximus in l. 9. tit. 5. lib. 3. ſuprà.

LEX DECIMA-QVARTA ET DECIMA-QVINTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Executio eſt facienda contra theſaurarios & receptores & conductores Regiarum Gabellarum virtute liberationum ac delegationum in eis factarum, abſque obſtaculo exceptionum aliarumque ſolutionis aut liberationis vel vis factæ, per inſtrumenta publica demonſtratarum vſque ad nouem dies & ſic ſine dilatione.

SVMMARIA.

1 *Theſaurarij ac Gabellarum conductores non ſoluentes creditoribus delegatis debita delegata in quo condemnantur, num. 1.*

2 *Gabellarij contra debitores Gabellarum an competat remedium executiuum, num. 2. & 3. quid contra teſtes approbatores.*

3 *Teſtes approbatores vt teneantur an requiratur quòd debitores approbati tempore ſolutionis ſint non ſoluendo, vel idonei, num. 4.*

4 *Debitor Gabellarum etiã ſi præſtet Fide-iuſſores de ſaneamiento in via executiua in carcere debet aſſiſtere, num 5. & num. 6. idem in quocumque fiſci debitore dicitur.*

5 *Debitores etiam fiſci gaudent immunitate Eccleſiæ. n. 7.*

6 *Hæres debitoris fiſcalis incarceratur ſi inuentarium non fecit, num. 8. niſi vt nu. 9. bona occultauerit.*

7 *Lex. 4 tit. 2. lib. 6. & an procedat in alio caſu, quam in quo loquitur, n. 10.*

8 *Nobilis inuitus non tenetur ſuſcipere collectoriam Gabellarum etiam ſi ad hoc à populo eligatur, num. 11.*

9 *Mulier pro tributo Regio incarcerari non poteſt, nu. 12. etiãſi ſit hæres conductoris niſi occultauerit bona, n. 13.*

IBi, HAGAN ENTREGA Y EXECVCION. EN BIENES DE LOS DICHOS THESOREROS RECAVDADORES, Y ARRENDADORES SEGVN LO DISPONEN LAS NVESTRAS LEYES. Vt in. *l. 10 tit. 16. infra iſto lib & ibi dixi, & in. l. 11.* apponitur forma requirendi debitorem, vt ſic requiſi-
tus ſi non ſoluit ſoluat pro vno quoque die † cen- 1
tum marapetinos & inſuper expenſas duplicatas iuramento partis vt probatur ex *dict. l 11. & ex. l. 21 eod. titu. 16. infra hoc lib.* iudexque negligens in executione ſupra dictorum punitur in amiſſione

Digitized by Google

& tanquam capitoſus explodetur, & eius allegationes ſuper hoc reijcientur, & tandem ſic lex noſtra in fine eius ita diſponit.

Ibi, *Tanto que reſpondan por palabra y no por libello,* non vſitatur; nam & libelli admittuntur quotidie tam pro reis ſe defendentibus, quam pro
2 actoribus petentibus † etiam gabellarijs ipſis reclamantibus, & de hac lege *meminit Laſarte de decim. vend. cap.* 18. *num.* 32. qui licet dicat legem noſtram ſeruari in praxi, intelligendus eſt non in omnibus ſed in id tantum quod reus certioretur per Gabellarium de lege noſtra, vt poſſit pro confeſſo haberi.

LEX QVINTA.

SVMMARIVM LEGIS.

In litibus Gabellarum & redditUum Regiorum breuiter & ſummariè, & ſine ſtrepitu ac figura iudicij procedendum eſt ſola facti veritate inſpecta, neque libelli admittendi ſunt & qualiter & quo tempore ſit conteſtatio facienda.

SVMMARIA.

1 *Clauſola breuiter & ſummariè, & ſine ſtrepitu & figura iudicij quid ſibi velint, num.* 1.

2 *Debitores Gabellarum an executiuè conueniri poſſint per earum exactores, num.* 2.

3 *Compenſatio an opponi poſſit exactioni Gabellarij, numero* 3.

4 *Contumacia accuſanda eſt ad incurrendam confeſſi pœnam, num.* 4.

IBi, BREVE Y SVMMARIAMENTE, DE PLANO Y SINE STREPITV Y FIGVRA DE IVYZIO SABIDA SOLAMENTE LA VERDAD,
1 † quid ſibi velint hęc verba, vide *per Bart. in extrauag. ad reprimendum verſi. de plano, & Oroſci. l. ne quicquam. §. de plano. ff. de off. proconſ. & nos diximus in. l.* 3. *titu.* 13. *lib.* 4. *ſuprà, & in alijs locis* vbi & aſſeruimus quòd licet ita procedendum ſit, terminus tamen eſt ad probandum concedendus, aliter enim veritas ſciri non poſſet, non tamen pote-
2 runt debitores Gabellarum † conueniri executiue à collectoribus vel conductoribus earum, niſi interueniat confeſſio vel liquidum inſtrumentum, vel copia inſtrumenti venditionis data à Tabellione coram quo vēditio fuit celebrata ſi de conſuetudine per ſolam hanc copiam ſoleat fieri executio, pro vt in hac ciuitate Placentiæ fit & vtitur, *ita Gironda de Gabel.* 4. *par. in princ. num.* 7. *& dicemus. l.* 6. *tit.* 10. *infra eod.* Sed an exactioni Gabellarij opponi poſſit compen-
ſatio alterius † debiti, *vide. l. auffertur §. debitoribus. ff de iur. fiſ & l.* 3. *C. de compenſatio. tradit. Bart. in Authent. de collatio. in pri. num.* 3. *Laſarte capit.* 18. *de decim. vend. num.* 86. 3

Ibi, *Y no reciban la demanda del actor ni las exceptiones del demandado por eſcrito.* Hæc non vti in iudicijs diximus in l. præcedenti.

Ibi, *Saluo que el eſcriuano aſſeate en ſu Regiſtro cada vn auto de todo el pleyto.* Verba hæc quo ad acta prouiſa per iudicem ſeruantur, quo ad tamen petitiones litigantium non ſeruantur ſed vnuſquiſque petit per petitionem, & per eam explanat ſuam intentionem, tum quia ſic lites clarificantur, tum etiam quia ſi Tabelliones partium petitiones deberent ſcribere immortales fierent lites, & dum breuitati conſuleretur in longius tempus lites protraherentur & ideo non vtitur tenor legis noſtræ in iudicijs.

Ibi, *So pena de confeſſo.* Intellige ſi accuſata ſit contumacia † per actorem in tempore, non ve- 4
ro alias vt diximus in titulo, *de la conteſtacion de las demandas,* ſupra lib. 4. vbi & notauimus has confeſſi pœnas non multum attendi in iudicio.

LEX OCTAVA.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter condemnandus eſt reus cum ei delato iuramento confitetur, & qualiter cum actor probat teſtibus ſuam intentionem.

SVMMARIA.

1 *Iuramento à parte parti delato eis remanet deciſa, numero* 1.

2 *Iuramentum hoc neceſſarium ab actore reo relatum tenetur reus ſubire etiam ſi nulla adſit probatio vel ſit in principio litis. num.* 2.

3 *Iuramentum de calumnia etiam in principio litis tenetur reus facere in materia Gabellarum, num.* 3. *&* 4.

IBi, SIENDOLES DEFERIDO POR LOS ARRENDADORES, O DE CALVMNIA. Pondera disiunctiuā illā ò, quæ diſiungit verba & ſēſū, vt ſic hæc duo ſcias iuramēta, ſcilicet deciſoriū litis vel de calūnia differre, nā cū per actorē litis deciſio defertur in iuramento rei deciſiuo, tūc non amplius eſt † litigandū, ſed lis remanet 1
deciſa cum iuramento illo delato à parte parti, *vt eſt tex. in. l.* 1. *C. de reb. cred.* cuius verba ſunt. Cauſa iure iurando ex conſenſu vtriuſque partis vel aduerſario inferente, delato & præſtito vel remiſſo deciſo, nec periurij prætextu retractari poteſt, niſi ſpecialiter hoc lege excipiatur, & *vt ibi inquit gloſ. mag.* iuſiurandum hoc aliud eſt voluntariū, aliud iudiciale, aliud neceſſarium, vt ibi exēplificat & declarat, & *text. in. l.* 2. *t.* 11. *part.* 3. & notandū eſt quod iuramētum neceſſarium
† quod datur à parte parti in iudicio, & vocatur, 2
iuramento de premia, cogitur reus ſubire dū ſibi ab actore defertur, etiam ſi nulla adſit probatio, vel ſit in principio litis ſecundum *Iaſ. in repet. l. admonendi,*

quo ad perſonarum coactionem.

Ibi, *O vno por to dos ayan de poner y pongan las demandas*, in eis enim quæ vtilia ſunt ſocio cenſe-
3 tur ſocius habere mandatum † *vt diximus in l. 1. num. 5. 6. & 7. tit. 16. lib. 5. ſuprà.*

Ibi, *Pero que los puedan traer por teſtigos,* ſpecialis caſus eſt vbi vxor cõtra maritum, & filius contra patrem † compellũtur eſſe teſtes, cum regu- 4
lariter aliud ſit, *vt diximus in. l. 6. tit. 6. num. 6. cum. 5. ſequent. lib. 4. ſupra ex. l. 15. tit. 11. part. 3.*

LEX SECVNDA.

SVMMARIVM LEGIS.

Vbi, & in quo loco debitor Gabellæ conueniri poßit, declarat lex noſtra.

SVMMARIA.

1 *Nullus pro Gabella regioq; reddita conueniendus eſt niſi in loco ſua habitationis vel in capite iuriſdictionis, nu. 1. & nu. 2. 3. & 4. declaratur declaratio ad. l. 11. tit. 9. lib. 3. infrà, num. 5.*

LEx hæc continet quatuor partes. Prima eſt in primo vſque ibi, *Y ſi mas de tres leguas*, & ab ijs verbis vſque ad verſiculum, *Y ſi ouiere*, ſecunda pars, & ab iſto verſic. *Y ſi ouiere*, ponitur tertia pars, vſque ibi, *pero que paſſado el año*, à quo vſque ad finem quarta & vltima pars, in prima parte ponitur quædam conclu. cum limitatione hoc videlicet modo, nullus pro Gabella aut redditu Regio conueniendus eſt † niſi in lo-
1 co ſuæ habitationis, vel in capite, vbi locus ille habitationis ſubiectus eſt in iuriſdictione: dum tamen locus habitationis non diſtet amplius quam per tres leucas à dicto capite, in ſecunda vero parte apponitur alia concluſio declaratoria præcedentis ſcilicet quòd ſi locus ille habitationis † rei conueniendi diſtat amplius tribus
2 leucis à dicto capite iuriſdictionis loci illius, ſi ſit minoris vicinitatis quam centum vicinorum ibidem vel in loco propinquiori eiuſdem iuriſdictionis habente amplius quam centum vicinos poterit conueniri quis pro debito Gabellæ aut alterius redditus Regij vbi conductor Gabellæ magis voluerit. In. 3. vero parte apponitur alia concluſio, ſcilicet quòd ſi conueniendus quis ſit coram Regio executore † tunc
3 ſeruabitur forma legis ſuper hoc diſponentis, quam legem credo eſſe. *l. 10. tit. 16. infra hoc lib.* & hoc cum proceditur per viam executiuam. In quarta vero parte apponitur alia concluſio ſupra dictorum limitatiua, ſcilicet, quòd tranſacto anno † omnes ſuprà dicti, ſiue diſtent per 4
tres leucas vel vltra à loco habitationis, ſiue non, ſiue habeant centum vicinos, vel non, poſſint conueniri per conductorem in capite iuriſdictionis dictorum locorum intra tempora ab alijs legibus conſtituta & leges ſunt. 19. & 20. ti. 17. infra eod. & ita remanet diſpoſitio noſtri tex. ſatis clara quæ alias intricata videbatur.

Et ſecundum hæc declaratur. *l. 11. tit. 9. lib. 3. ſuprà,* † diſponens iudices pedaneos in ſuis locis 5
eſſe competẽtes in cauſis Gabellarum: nam intelligitur ſecundum legis noſtræ diſpoſitionem, vt ita demum id ſit, ſi ibidem petatur per conductorem, vel peti omnino debeat per eum ibidem ſecundum quod in dictis cõcluſionibus dictum eſt, & in caſibus, in quibus cognoſcunt ij iudices rurales, iudex capitis iuriſdictionis cui locus ille ſubeſt non poterit ab eis auferre has cauſas, & ſibi retinere: ſed debet eis remittere, & reus conuentus poteſt petere remiſſionem hanc & ſi non fiat appellare in ſimul cum iudice loci illius, quibus appellantibus in ſuperioribus tribunalibus me debitur & iubebitur remiſſionem fieri ad iudices rurales, & ſic vidi iam determinatum per ſupremum Conſilium patrimonij Regis, item *ex. l. 16. tit. 33. infra iſto lib.* iudices rurales cognoſcunt in locis ſuis de litibus monetæ foreræ.

LEX QVARTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Petẽtibus collectoribus, vel conductoribus Gabellarum, ne procuratores pro reis admittantur, non ſunt admittendi, niſi aliud iudici videatur: & in caſu in quo procuratores non admittuntur, quid tunc eſt dicendum reis ipſis & quomodo procedendum ſit declarat lex noſtra.

SVMMARIA.

1 *Lex noſtra iam do ſtylo tribunalium abrogatur quotidie, num. 1. & ſic vt num. 2. libelli committuntur tam pro actore, quam pro reo per ſe vel procuratores ſuos.*

IBi, SALVO SI LOS IVEZES VIEREN. Verba hæc iuſtificãt legis noſtræ diſpoſitionẽ, aliter enim eſſet partibus & reis conuẽtis tollere defenſionẽ, quæ nemini eſt auferẽda, vt in. *l. defenſionis facultas. C. de iur. fiſ. lib. 10. quæ eſt ſingularis in propoſitum, de qua per DD. maxime Horozco, in l. vt vim. verſi. 21. ff. de iuſt. & iur.* & ſic iudices permittunt partibus conuentis pro Gabella per ſe aut procuratores ſe defendere, nam ſi reus eſt ruſticus, & perſona ignara literarum & litium, cur eſt prohibendus mediante perſona procuratoris in litibus verſati ſe defendere? & itidem etiam ſi ſit perſona benè intellecta & literarum ac litium verſata, eſt tamen honorabilis, cur quæſo debet compelli perſonaliter comparere, ſed per procuratorem eſt audiendus? & ſic rigor huius legis apud tribunalia iudicum exploſus eſt, † neque ſeruatur, & quilibet aduocatus qui 2
verſutè vellet aliud defendere non audietur,

& tan-

LIBER NONVS

NOSTRÆ REGIÆ AC NOVAE RECOPILATIONIS, TIT. VII.

ET ne videamur librum aliquem intactum reliquiſſe, & ſine commentatione titulorum practicabilium, itidem librum hunc aggredimur, in cuius commentationem parum immorabimur cum in hac Gabellarum & Redditũum Regiorum materia, quotidie videamus integros libros in lucem prodire, & cum iam defeſſi ſimus in tam longa huius Recopilationis declaratione.

Continuarique poteſt liber iſte ad præcedentes hoc videlicet modo, quod cum in ſuperioribus libris Rex noſter ac Legiſlator in defenſionem perſonarum & bonorum ſubditorum ſuorum proſpexerit mirum non eſt, ſi & circa eius bona Redditus ac Tributa proſpicere voluerit cum & nos ad idem teneamur, vt apparet ex tit. 17. p. 2.

Et ſex primi tituli parum habent condimenti & ideo pro nunc circa eos nihil dicemus vt ad ſeptimum titulum deueniamus, à quo incipit materia Gabellarum.

TITVLO VII. DE LA ORDEN IVDICIAL EN LOS NEGOCIOS Y PLEYTOS DE RENTAS REALES.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Modus ſeruandus in petendis Gabellis datur in præſenti.

SVMMARIA.

1 *Gabellarij quomodo agant & conueniantur, & an libris eorum detur fides, num. 1.*

2 *Ciuitati conducenti Gabellas an competat ius executiuum ſicut Regi, num. 2.*

LEx hæc ordinem proponendi libellos in Gabellarum materia per Gabellarios, & citandi debitores earum proponit, & eſt lex ſalubris ſi ſeruaretur, ſed vereor vſus ipſius, fortaſſis, quia rei conuenti de remedio eius non opponunt: quod ſi oppoſuiſſent, ſeruaretur vtique legis noſtræ diſpoſitio, quia iuſta eſt, & oppreſſiones ſubditorum Regis vitare volens, & quomodo agant
vel cõueniantur Gabellarij & an libris † eorum 1
detur fides, *vide late per Bertha. de Gabel. in 4. par. per totam & Gironda de Gabel. 4. part. in prin. nu 1. cum ſequent.* & an ciuitati cõducenti Gabellas vel colligenti competat ius executiuum † ſicut Regi, 2
vide Claper. in centuria ca. 48. vbi concludit quod ſic, quoad bonorum diſtractionem, licet non quó

INDEX TITVLORVM IN in hoc libro commentandorum.

TIT. 7. De la orden judicial en los negocios y pleytos de rentas Reales, Fol. 1
Tit. 8. De las rentas Reales, y de que ninguna perſona las vſurpe, ni haga por donde vengan à valer menos. 8
Tit. 9. De las condiciones generales con que ſe arriendan las rentas Reales, 9
Tit. 10. Quales perſonas no pueden arrendar las rentas Reales, ni ſer fiadores en ellas. 15
Tit. 11. De los arrendamientos de las rentas Reales de por mayor, 24
Tit. 12. De los arrendamientos de las rentas Reales por menor, 30
Tit. 13. De las pujas y prometidos, 32
Tit. 14. De las fieldades y adminiſtraciones en que ſe ponen las rentas Reales, por defecto de arrendar ſe, 38
Tit. 16. De las pagas que han de hazer los arrendadores y fieles, à los que en ellos fueren librados, 39
Tit. 17. De las alcaualas, y de los contratos, y de las coſas que ſe deben, 41
Tit. 18. De que todas las perſonas ſon obligadas à pagar alcauala: y de las perſonas y conſejos que ſon exemptos della, y de las coſas de que no ſe han de pagar, 76
Tit. 19. De las diligencias que han de hazer los que deben alcaualas, y lo que pueden hazer los recaudadores dellas, 97
Tit. 20. De las ferias y mercados, 102
Tit. 21. De las tercias del Rey, 105
Tit. 22 Del Arazel de los derechos que ſe deben al Rey, del almoxarifazgo del Arzobiſpado de Seuilla, y Obiſpado de Cadiz, de las mercaderias que entran y ſalen, y del auer de peſo y alcauala, 111
Tit. 24. Del quaderno de las leyes, y condiciones que ſe han de guardar en el cobrar del almoxarifazgo y alcaualas del Arzobiſpado de Seuilla, y Obiſpado de Cadiz. 111
Tit. 27. Del ſeruicio y montazgo, 111
Tit. 33. Finalis huius libri, de la moneda forera, 112

FINIS.

COMMENTARIORVM

IVRIS CIVILIS

IN HISPANIÆ REGIAS CONSTITVTIONES,

TOMVS SEXTVS.

NONVM LIBRVM NOVÆ RECOPILATIONIS COMPLECTENS.

AVTHORE DOCTORE ALPHONSO DE AZEVEDO,
I. C. PLACENTIÆQVE CIVITATIS IN HISPANIArum Regnis ciue & incola.

HAC NOVISSIMA EDITIONE, COMMENTARIORVM continuatione, ſuis locis legibus interiectis auctus, infinitis mendis typographicis caſtigatus, ſummarijs ſingulis legibus adiectis, & characterum varietate diſtinctis allegationibus ornatius editus.

CVM INDICE GENERALI RERVM, VERBORVM, ſententiarumque notabilium.

SOC. IESV * BIBL. SEC. COLL. ROM.



DVACI,
Excudebat BALTAZAR BELLERVS Typographus iuratus, ſub Circino aureo,
ANNO 1612.
Cum Priuilegio Regio, & Archiducum.

13
16 I
17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

37.5.0 34
13-11. 6. 21